DE PARTICULAE ΩΣ CUM PARTICIPIIS ET PRAE-POSITIONIBUS IUNCTAE USU THUCYDIDEO.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA
MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

PUBLICE DEFENDET

GUILELMUS FUEHRER

NASSOVIUS.

MONASTERII GUESTFALORUM.

EX TYPOGRAPHIA ASCHENDORFFIANA

MDCCCLXXXIX.

IOANNI MATTHIAE STAHLIO

PRAECEPTORI CARISSIMO

S.

Particula ὡς cum participio iuncta quam vim habeat quamquam, si frequentissimum eius usum spectamus in universum quidem non putatur in obscuro esse, tamen ne huius quidem varietates satis distinctae atque descriptae sunt, et rarior eius usus a frequentiore neque satis discretus neque omnino idonea ratione videtur explicatus esse. Similem autem sententiam atque ad participia applicata praepositionibus adiuncta illa habet, ita ut eadem quaestione uterque eius usus commode comprehendatur. Quare cum in ὡς cum participiis iunctum ego ita inquirere consilium cepissem ut diversos huius dicendi generis modos subtiliter dignoscerem atque suis terminis circumscriberem, ab hac opera non separandum esse putabam ὡς praepositionibus additum. Cum autem, etiamsi intra Atticos scriptores me continerem, nec vires nec tempus mihi sufficere viderentur, ut omnia ex omnibus exempla colligerem atque examinarem, unum elegi, qui maxime mihi idoneus videretur a quo omnis de Attici sermonis usu syntactico quaestio proficisceretur. Talem ego Thucydidem putabam, gravissimum antiquioris prosae Atticae auctorem. Neque quin rem ita instituerem id mihi obstare videbatur quod in duabus iam his commentationibus eadem res tractata est:

1. De vi et usu particulae ὡς apud Thucydidem commentatio scr. Theod. Wisén, Hauniae 1862 (p. 19 sqq.)

2. De participiorum usu Thucydideo scr. Ioh. Balkenholl, Gottingae 1882 (§ 15).

Nam utriusque scriptor, cum multo ampliorem materiem tractet, minime in hac parte ea cura atque subtilitate versatus est ut rem aliqua ex parte absolvisse videatur. Nam dicit quidem Balkenhollius ille rectissime: 'particula ὡς mirum est quam vario modo subtiliter atque eleganter participii notionem mutet ac definiat', sed et ipse et Wisenus satis habent unum alterumve insigne exemplum protulisse et paucis eius sensum explicasse; at

omiserunt omnia exempla idonea ratione in sua genera discernere et distribuere et propriam cuiusque generis rationem ita describere ut omnes sensus varietates ad unam atque principalem sententiam revocarent. Id ipsum autem maxime opus esse puto, si recte de tota re et de singulis huius dictionis modis ac generibus existimare velimus.

Primum autem, antequam exempla Thucydidea ordine perlustremus, de vi particulae ὡς et quomodo ea participii sententia immutetur exponendum est. Propria enim et communis eius vis haec est ut comparationem exprimat, eoque nomine differt a particula ἤ differentiam indicante. Differentia autem in rebus ipsis inest, comparatio, cum mente contemplantis vel considerantis fiat, in cogitatione versatur. Itaque si participiis ὡς adnectitur, evenit ut res iis enuntiatae ad cogitationem quodammodo transferantur vel iudicium alicuius comparantis vel considerantis contineant. Comparari autem inter se possunt aut diversae res vel personae de eadem re quae enuntiando iis attribuitur, aut quae diversa enuntiando iisdem personis vel rebus attribuuntur. Hoc, non illud, cadit in participia cum ὡς iuncta, cum si inter duas res vel personas comparatio instituatur, necessario substantivi vice participium personae vel rei significandae adhibitum fungatur. Exemplo quo alterum illustretur sit nobis locus Thucydideus II 11, 9 ὡς οὖν ἐπὶ τοσαύτην πόλιν στρατεύοντες . . . ἕπεσθε [1] i. e. ut adversus tantam civitatem proficiscentes sequimini. Hic enim inter se comparatae sunt eorundem duae actiones diversae, τὸ ἕπεσθαι et τὸ ἐπὶ τοσαύτην πόλιν στρατεύειν.

Alterum autem illud, ubi diversae res vel personae quibus enuntiando aliquid attribuitur comparantur, in hoc exemplo fit: II 51, 4 ὥσπερ τὰ πρόβατα ἔθνησκον, i. e. velut oves moriebantur; nam hoc loco homines et oves quod ad mortem quae illis attribuitur attinet inter se comparantur. Ipsius autem ὡς coniunctionis nullum apud Thucydidem tale est exemplum, sed si ita res comparata est, ubique ὥσπερ comparationi adhibetur. Non prorsus tamen desunt exempla nudi ὡς in illam sententiam positi; conferas enim Soph. Trach. 963, O. R. 923, El. 107, Phil. 1436, frgm. 64 (Dind.)

Si vero accuratius causas et condiciones investigamus ad quas varietates sensus quae in hac structura inveniuntur revo-

[1] In locis citandis secutus sum ed. Tauchnitz. I. M. Stahlii, Lips. 1873 et 1874. 2 voll. In explicandis atque vertendis locis aliquoties usus sum adnotationibus ed. E. F. Popponis, quam auxit et emendavit idem Stahlius.

candae sint, eas imprimis duas esse videmus, primum sensum vel vim cuiusque participii, tum rationem cuiusque comparationis. Nam primum participia cum articulo non coniuncta aut modum aut causam significant qua aliquid esse vel fieri dicitur. Si igitur modus qui participio significatur addito ὡς ad cogitationem vel iudicium alicuius comparantis vel considerantis refertur, distinguendum est utrum ad cogitationem vel iudicium eius qui rem enuntiat an eius qui aliquid facere enuntiatur pertineat. Prius illud etiam ita fieri potest ut secundum commune omnium iudicium, quo ipsius sententia contineatur, scriptor rem eloquatur. Utcunque autem est, ita ratio (hic enim est modus considerandi) enuntiantis exsistit. Quod exempli causa hoc loco fit: IV 38, 1 *τοῦ δὲ μετ᾽ αὐτὸν Ἱππαγρέτου ἐφῃρημένου ἐν τοῖς νεκροῖς ἔτι ζῶντος κειμένου ὡς τεθνεῶτος*: quod Hippagretas . . . adhuc vivus inter defunctos tanquam mortuus iacebat, i. e. ita iacebat ut mortuus esse videretur. Nam hunc loci sensum esse rerum contextus docet. Aliter enim ita accipi posset ut ille iacuisse dicatur simulans se mortuum esse.

In hoc autem genere rursus duae considerandi rationes discernendae sunt; aut enim convenientia sunt quae inter se comparantur aut contraria. Illud cadit in exemplum modo allatum; nam sensus loci hic est: iacebat ea ratione qua consentaneum est eum iacere qui mortuus sit. Contrariorum autem comparatio hoc loco cernitur: I 10, 5 *οὐ πολλοὶ φαίνονται ἐλθόντες ὡς ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος κοινῇ πεμπόμενοι*: pauci venerant si respicitur eos ex tota Graecia missos esse; ita enim expectandum erat ut non pauci, sed plures venirent.

Praeterea participium quod modum significat cum ὡς iunctum rationem eius, ut vidimus, indicare potest qui aliquid facere enuntiatur, cuius rei exemplum habemus V 113 *τὰ δὲ ἀφανῆ τῷ βούλεσθαι ὡς γιγνόμενα ἤδη θεᾶσθε*: res occultas voluntate vestra ut praesentes iam spectatis, i. e. ita spectatis ut putetis eas iam praesentes esse. Sed in hoc genere distinguendum est utrum pro vera habeatur ea res, ut loco modo allato fit, an simuletur tantummodo, velut VI 61, 6 *ἀπέπλεον μετὰ τῆς Σαλαμινίας ἐκ τῆς Σικελίας ὡς ἐς τὰς Ἀθήνας*, scil. *ἀποπλέοντες*: profecti sunt cum nave Salaminia tanquam Athenas proficiscentes, i. e. simulantes Athenas se proficisci. Nam re vera eos Athenas navigare non in mente habuisse e rerum contextu satis elucet.

Iam de iis cum ὡς coniunctis participiis dicendum est quae causam significant. Si causa qua commotus aliquis aliquid facere

dicitur ex mente alicuius enuntiatur, manifestum est eam necessario e sententia eius qui agere enuntiatur, non e sententia enuntiantis proferri; nam agendi causa is impellitur qui agit, non is qui eum agere dicit. Quo simul apparet eum causam in mente eius versari qui pro subiecto est eius enuntiati ad quod enuntiatio participialis pertinet. Hic quoque discernendum est utrum causa ea pro vera habeatur an fingatur. Illud fit VIII 87, 1 *ἤχθοντο αὐτῷ οἱ Πελοποννήσιοι ὡς φανερῶς ἤδη ἀττικίζοντι*: succensebant ei Lacedaemonii quod aperte iam Atheniensium partibus eum favere putabant. Contra causa agendi fingitur II 72, 2 *ἀπεκρίναντο . . . δεδιέναι μὴ Θηβαῖοι, ὡς ἔνορκοι ὄντες κατὰ τὸ ἀμφοτέρους δέχεσθαι, αὖθις σφῶν τὴν πόλιν πειράσωσι καταλαβεῖν*: timere se ne Thebani, simulantes pacto se contineri, suam urbem rursus conarentur occupare.

Peculiaris autem quidam sensus efficitur, si participium futuri vim finalem habet, i. e. si pro agendi causa id ponitur quod aliquis agendo assequi vel impetrare studet. Cum igitur nudum participium ita usurpatum finem alicui propositum (Zweck) significet, participium futuri cum *ὡς* iunctum finem quem aliquis sibi ipse proponit sive consilium (den subiectiven Zweck = Absicht) exprimit.

Haec sunt discrimina quibus *ὡς* particulae cum participio iunctae varietates continentur. Praepositionibus autem *ὡς* ita apponitur ut tale participium ubique ex verbo principali subaudiri possit. Talia igitur exempla reliquis facile et commode adiungentur.

Postremo loco a me ponentur ea participia cum *ὡς* iuncta quae obiecti vice funguntur, sed a reliquis quod ad sententiam attinet ea tantum re differunt quod considerationem indicant quae a proprio quodam verbo putandi vel dicendi pendeat.

Sed iam sequentes distinctiones modo propositas exempla Thucydidea ordine afferamus et explicemus.

1. Participia cum *ὡς* juncta quae rationem significant.

Quo in genere primum afferantur

A. ea exempla ubi ratio quae significatur spectat ad iudicium vel cogitationem eius qui enuntiat.

a. Convenientia inter se comparantur his locis: I 8, 3 *καί τινες καὶ τείχη περιεβάλλοντο ὡς πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι*: nonnulli etiam muris se circumdederunt, ut consentaneum erat, cum ditiores quam antea facti essent. Item IV 38, 1

τοῦ δὲ μετ᾽ αὐτὸν Ἱππαγρέτου ἐφῃρημένου ἐν τοῖς νεκροῖς ἔτι ζῶντος κειμένου ὡς τεθνεῶτος, quem locum iam antea explicavimus atque vertimus. IV 90, 4 τὸ στρατόπεδον προαπεχώρησεν ἀπό τοῦ Δηλίου οἷον δέκα σταδίους ὡς ἐπ᾽ οἴκου πορευόμενον: exercitus antea abiit ut domum proficiscens, i. e. ea ratione ut domum proficisci videretur. V 65, 4 περὶ οὕπερ (ὕδατος) ὡς τὰ πολλὰ βλάπτοντος (ut consentaneum erat, cum plurima laederet) ὁποτέρωσε ἂν ἐσπίπτῃ Μαντινῆς καὶ Τεγεᾶται πολεμοῦσιν. VI 31, 3 οὗτος δὲ ὁ στόλος (scil. ὡρμήθη [1]) ὡς χρόνιός τε ἐσόμενος κ. τ. λ.: ea ratione qua consentaneum erat expeditionem proficisci diuturnam futuram. VI 55, 3 οὐχ ὡς ἀδελφὸς νεώτερος ὢν ἠπόρησεν: non tanquam minor natu frater difficultatibus laboravit, i. e. non ita laboravit ut minor natu frater esse videretur, sive ut minorem natu fratrem laborare consentaneum est.

His locis is qui rem enuntiat non alius est atque scriptor; is igitur e suo sive e communi omnium iudicio qua ratione res facta esse videatur tali participio enuntiat. Ubi autem scriptor non ipse sua, sed alius verba vel cogitationem per orationem directam aut indirectam refert, ibi consentaneum est talia participia non ad scriptoris, sed ad eius ipsius iudicium pertinere cui attribuuntur illae sententiae. Sic intellegendum est V 10, 2 ἀγγέλλεται ὅτι . . . ὑπὸ τὰς πύλας ἵππων τε πόδες πολλοὶ καὶ ἀνθρώπων ὡς ἐξιόντων ὑποφαίνονται: nuntiatur equorum multa et hominum tanquam exeuntium vestigia sub portis apparere. Tribuendum est illud ὡς ἐξιόντων iudicio eorum qui nuntiare dicuntur. Cum autem hoc loco verbum (ἀγγέλλεται) impersonaliter positum sit, illi qui nuntiant non ipsa verbi forma exprimuntur sed e sensu audiendi sunt, quasi legatur activa forma ἀγγέλλουσι. Similiter dictum est VIII 56, 3 ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπειδὴ ἑώρα ἐκεῖνον καὶ ὥς οὐ ξυμβησείοντα, δοκεῖν τοῖς Ἀθηναίοις ἐβούλετο μὴ ἀδύνατος εἶναι πεῖσαι, ἀλλ᾽ ὡς πεπεισμένῳ Τισσαφέρνει καὶ βουλομένῳ προσχωρῆσαι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἱκανὰ διδόναι: Alcibiades . . videri volebat Atheniensibus non invalidus esse ad persuadendum, sed Athenienses Tissapherni, tanquam ei persuasum esset et societatem inire vellet, non dare videri quantum satis esset. Verba enim ὡς πεπεισμένῳ Τισσαφέρνει καὶ βουλομένῳ προσχωρῆσαι ad opinionem pertinent quam Alcibiades excitare studebat; qui enim rem ita se habere opinaturi erant, ii eam ea ratione erant consideraturi ut Tissapherni persuasum esse eumque societatem inire velle putarent.

---

[1] Cf. Stahlii adn. in ed. Popp.

Item atque haec participia cum ὡς iuncta explicanda sunt ea exempla ubi eandem vim habens ὡς cum aliis vocibus ita iungitur ut participium aliquod subaudiatur. Eiusmodi est III 65, 2 *εἰ τὴν γῆν ἐδῃοῦμεν ὡς πολέμιοι*: si terram vastavissemus tanquam hostes. Si enim cogitando addimus participium *ὄντες*, hunc locum nihil discrepare videmus a supra allatis. Neque aliter comparatum est IV 67, 3 *ἀκάτιον ἀμφηρικὸν ὡς λῃσταί* (scil. *ὄντες*) . . . *εἰώθεσαν κατακομίζειν*. Eodem referendum est II 63, 2 *ὡς τυραννίδα γὰρ ἤδη ἔχετε αὐτήν* (scil. *τὴν ἀρχήν*), cum quo loco, quo melius cognoscatur quam vim ὡς sententiae addat, conferatur III 37, 2 *οὐ σκοποῦντες ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχήν*. Hic enim Cleo imperium Atheniensium dominationem dicit esse, illic Pericles id videri dominationem significat. Atque hoc utriusque ingenio accommodatum est; nam recte Poppo ad II 63, 2 adnotat Periclem decere lenius loqui quam Cleonem.

Simillimi esse videntur nonnulli loci ubi ὡς praepositionibus additur. Ibi enim verbi principalis participium mente repetendum est. Sunt autem hi: II 65, 11 *ἐξ ὧν ἄλλα τε πολλὰ ὡς ἐν μεγάλῃ πόλει καὶ ἀρχὴν ἐχούσῃ ἡμαρτήθη καὶ κ. τ. λ.* : cum alia multa ut (consentaneum est) in magna civitate et principatum obtinente peccata sunt tum etc., ubi mente repete e verbo *ἡμαρτήθη* participium *ἁμαρτανόμενα*; V 3, 6 *Κλέων περιέπλει τὸν Ἄθων ὡς ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν* (scil. *πλέων*): Amphipolim versus; i. e ita ut Amphipolim navigare videretur. VII 46 *οἱ μὲν Συρακόσιοι ὡς ἐπὶ ἀπροσδοκήτῳ εὐπραγίᾳ πάλιν αὖ ἀναρρωσθέντες κ.τ.λ.* = *ἐπὶ τῇ εὐπραγίᾳ ὡς ἀπροσδοκήτῳ* (scil. *οὔσῃ*): ut consentaneum erat propter inopinatum prosperum successum. VII 68, 1 *καὶ νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ* (scil. *ἀποπίμπλαντες*: ea ratione qua in ulciscendo consentaneum est) *τοῦ προσπεσόντος δικαιώσωσιν ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον*. VIII 79, 1 *ἔπλεον ὡς πρὸς τὴν Μυκάλην* (scil. *πλέοντες*). Cf. supra V 3, 6.

Eodem referendi sunt non pauci loci Thucydidei ubi ὡς vim habet restringendi, velut VI 54, 3 *ἐπιβουλεύει εὐθὺς ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως κατάλυσιν τῇ τυραννίδι*: statim machinatur tyrannidi exstinctionem quantum ex sua auctoritate poterat sive pro sua auctoritate. Si enim repetitur ad *ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως* participium *ἐπιβουλεύων*, rursus eandem structuram habemus; comparatis enim inter se rebus convenientibus ratio aliqua ab enuntiante adiungitur. Nam plenus sensus illius loci hic est: machinabatur tyrannidi exstinctionem ea ratione ut

respiciatur auctoritas a qua in ea re agenda profectus sit, i. e. quantum fieri poterat, si auctoritatem quam habebat respicimus. Vim igitur illam restringendi non tam in ipsa particula *ὡς* quam in copulatis cum ea verbis (hic *ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως*) positam esse videmus. Eodem modo haec intelleguntur: II 3, 4 *ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἑτοῖμα ἦν*: cum quantum fieri poterat res paratae essent; III 113, 6 *διότι ἄπιστον τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως*: pro magnitudine urbis; IV 14, 1 *ἐπιδιώκοντας ὡς διὰ βραχέος*: quantum per brevitatem spatii poterant; IV 108. 6 *οἱ Ἀθηναῖοι φυλακάς, ὡς ἐξ ὀλίγου καὶ ἐν χειμῶνι*, (quantum brevi temporis spatio et hieme fieri poterat) *διέπεμπον ἐς τὰς πόλεις*; V 43, 2 *Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ἀνὴρ ἡλικίᾳ μὲν ἔτι τότε ὢν νέος ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει*: ut in alia civitate sive si alius quidem civitatis instituta respexeris; VI 25, 2 *τὴν δὲ ἄλλην παρακευὴν ὡς κατὰ λόγον* (pro rata parte) *καὶ τοξοτῶν . . . καὶ σφενδονητῶν καὶ ἥν τι ἄλλο πρέπον δοκῇ εἶναι ἑτοιμασάμενοι*; VII 30, 4 *τὰ μὲν κατὰ τὴν Μυκαλησσὸν πάθει χρησαμένην οὐδενὸς ὡς ἐπὶ μεγέθει* (pro urbis magnitudine) *τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἧσσον ὀλοφύρασθαι ἀξίῳ τοιαῦτα ξυνέβη*; VII 74, 1 *ἔδοξεν αὐτοῖς . . . περιμεῖναι, ὅπως ξυσκευάσαιντο ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν* (quantum fieri posset) *οἱ στρατιῶται ὅτι χρησιμώτατα*; VII 76 *ἐπιπαριὼν ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων* (ut res tunc ferebat) *ἐθάρσυνε*; VIII 1, 3 *ὅμως δὲ ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων* (pro rerum condicione) *ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι*. His accedit IV 17, 1 *πράξοντας ὅ τι ἂν . . ἡμῖν ἐς τὴν ξυμφορὰν ὡς ἐκ τῶν παρόντων* (quantum ex praesenti rerum statu fieri potest) *κόσμον μάλιστα μέλλῃ οἴσειν*; ad quem locum subtilius intellegendum idoneus est qui conferatur III 29, 2, ubi in iisdem verbis *ὡς* abest; ibi enim legimus *πυθόμενοι δὲ τὸ σαφὲς ἐβουλεύοντο ἐκ τῶν παρόντων*: ex praesenti rerum statu. Hoc igitur loco is qui loquitur deliberationem factam esse dicit ex ipsa praesenti rerum condicione, illo autem indicat decus quod sibi paraturi sint maximum esse, si praesentis rerum condicionis ratio habeatur. Eandem locutionem habemus VI 70, 4 *ὡς ἐκ τῶν παρόντων ξυνταξάμενοι* Bis porro eodem modo *ὡς διὰ ταχέων* positum reperitur: IV 96, 1 *παρακελευσαμένου καὶ σφίσιν ὡς διὰ ταχέων καὶ ἐνταῦθα Παγώνδου, παιανίσαντες ἐπῆσαν ἀπὸ τοῦ λόφου* et IV, 125, 4 *ὡς διὰ ταχέων παρεκελεύσατο τοῖς στρατιώταις τοιάδε*. Ad hanc locutionem subaudiendum esse *ἐξῆν* dicit Matthiaeus in Gr. § 628, ita ut *ὡς* significet quantum. Quae explicatio quanquam eius sensum fere reddit, tamen prorsus abhorrere mihi videtur a vera

origine huius structurae qualis ex similitudine reliquorum locorum perspicitur. Dicendi enim genus non diversum est a superioribus exemplis itemque subaudiendo participio verbi principalis explicandum est. Significatur igitur adhortationem talem factam esse qualem nos animo informemus, si rationem habeamus celeritatis cum qua facta sit.

b. Iam afferantur ii loci ubi contraria comparata sunt. Ipsius participii unum exemplum Thucydideum inveni: I 10, 5 *οὐ πολλοὶ φαίνονται ἐλθόντες, ὡς ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος κοινῇ πεμπόμενοι*, de quo loco iam dictum est. Nam *οὐ πολλοὺς ἐλθεῖν* et *ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος κοινῇ πέμπεσθαι* inter se contraria sunt, quibus comparatis hic evadit sensus: pauci venerant, si respicitur eos ex tota Graecia communiter missos esse. Plura exempla habemus in quibus participium aliquod subaudiendum sit: IV 84, 2 *ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος* (scil. *ὤν*) *εἰπεῖν*: disertus ut Lacedaemonius, i. e. si respicimus eum Lacedaemonium fuisse; VI 20, 2 *τό τε πλῆθος, ὡς ἐν μιᾷ νήσῳ*, (scil. *οὔσας*: si consideratur eas in una insula fuisse) *πολλὰς τὰς Ἑλληνίδας*; VII 42, 2 *τῷ δὲ προτέρῳ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων ὡς ἐκ κακῶν* (scil. *γεγενημένη*) *ῥώμη τις ἐγεγένητο*: priori exercitui animi robur quoddam contigerat ut post mala, i. e. quod illi contigit animi robur erat, si ratio habetur malorum post quae exstitit. Eandem fere dicendi rationem invenimus in latino sermone; conferantur enim haec simillima exempla: Nep. Epam. 5 habuit obtrectatorem Menecliden quendam satis exercitatum in dicendo ut Thebanus scilicet et Liv. X 43, 15 agmine incolumi ut ex tanta trepidatione Bovianum perventum est.

B. Post haec iam accedamus ad alterum illud genus ubi ratio enuntiata est e sententia eius qui aliquid facere dicitur.

a. Ratio ea pro vera habetur his locis quos deinceps afferemus: I 74, 4 *εἰ … μὴ ἐτολμήσαμεν ὕστερον ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς ὡς διεφθαρμένοι*: si postea ausi non essemus naves conscendere ut profligati, i. e. ea mente ut pro profligatis nos haberemus. Patet enim describi quo animo Athenienses pugnae maritimae periculum subierint. Nam si non ipsi de se dicerent sed res tertia persona enuntiaretur, sic sententia sonaret: *ἐτόλμησαν ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς ὡς διεφθαρμένοι*, i. e. Athenienses naves conscendere ausi sunt salutem desperantes sive tanquam interitui destinati, vitam nihil curantes. Reliqua exempla eius generis haec sunt: I 91, 4 *εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι, πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς*

ὡς προδιαγιγνώσκοντας[1] τὸ λοιπὸν τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά: legatos mitterent posthac ad ipsos ut antea dignoscentes quid sibi ipsis et communi rei salutare sit, i. e. ita mitterent ut pro certo haberent ipsos antea dignoscere suam et communem utilitatem. IV 17, 3 λάβετε δὲ αὐτοὺς μὴ πολεμίως μηδ' ὡς ἀξύνετοι διδασκόμενοι (ne accipiatis eos hostiliter neve putantes ignaros vos doceri), ὑπόμνησιν δὲ τοῦ καλῶς βουλεύσασθαι πρὸς εἰδότας ἡγησάμενοι, quo loco ὡς participio adiuncto in proximo membro respondet verbum ἡγησάμενοι. IV 80, 4 οἱ μὲν ἐστεφανώσαντό τε καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον ὡς ἠλευθερωμένοι: tanquam manumissi, i. e. manumissos se esse existimantes. IV 114, 5 τούς τε πάντας παρασκευάζεσθαι ἐκέλευσεν ὡς βεβαίους τε ἐσομένους ξυμμάχους καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ἤδη ὅ τι ἂν ἁμαρτάνωσιν αἰτίαν ἕξοντας: ut qui fideles socii futuri et . . . culpam sustenturi essent. VI 34, 8 ἐπέρχονται γὰρ ἡμῖν ὡς οὐκ ἀμυνουμένοις: invadunt nos ut non repugnaturos sive nos non repugnaturos esse rati. VI 40, 2 τοὺς λόγους ἀφ' ὑμῶν ὡς ἔργα δυναμένους κρινεῖ: considerabit sermones vestros tanquam facta valeant, i. e. ea ratione ut eos pro factis habeat. VI 87, 3 ὑμεῖς μηθ' ὡς δικασταὶ γενόμενοι τῶν ἡμῖν ποιουμένων μηθ' ὡς σωφρονισταὶ (neque tanquam iudices facti . . . neque tanquam morum censores) . . . ἀποτρέπειν πειρᾶσθε.

Cum genetivo absoluto eandem dictionem legimus II 7, 2: νῆες ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων, ὡς ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν πεντακοσίων νεῶν ἐσομένων: naves aedificandae imperatae sunt pro magnitudine civitatum ea ratione ut universus numerus quingentarum navium futurus esset. Ex mente eorum ὡς ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν πεντακοσίων νεῶν ἐσομένων dictum est qui ἐπιτάσσουσι. Refertur igitur ea cogitatio ad subiectum enuntiationis activae sive subiectum logicum.

His igitur locis scriptor vel orator actionem quam enuntiat ratione agentis, non sua definit atque circumscribit. Quod ita plerumque fit ut aut consentire nolit videri agentis sententiae aut, si aliquid iubeat, iis qui iubeantur de ea ratione persuaderi velit.

Porro numerandi sunt in hoc exemplorum genere ii loci in quibus eodem modo qno supra vidimus participium cogitando suppletur. Ac primum quidem participia ὤν, ὄντες subaudiuntur in his exemplis: I 26, 5 προεῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον

[1] Haec est scriptura a Classeno restituta et a Stahlio in ed. Popp. certis causis comprobata.

καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι, εἰ δὲ μή, ὡς πολεμίοις (scil. *οὖσι*) *χρήσεσθαι:* denuntiaverunt ut peregrini impune abirent, sin aliter se eos pro hostibus habituros esse. Quid intersit utrum *ὡς* addatur necne clarissime cognoscitur ex I 70, 6 *ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, τῇ γνώμῃ δὲ οἰκειοτάτῃ ἐς τὸ πράσσειν τι ὑπὲρ αὐτῆς.* Nam hic corporibus ita uti Athenienses dicuntur ut sint alienissima, illic Corcyraei se Epidamniis non ita usuros esse dicunt ut sint hostes, sed ut pro hostibus a se habeantur; altero loco ipse modus utendi significatur, altero hic simul ad iudicium eorum qui utuntur revocatur. III 38, 4 *τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες ὡς δυνατὰ* (scil. *ὄντα*) *γίγνεσθαι:* res futuras secundum eos qui bene dixerint quasi fieri possint spectantes. Restant eiusdem rationis hi loci: I 53, 2 *ἡμᾶς τούσδε λαβόντες πρῶτον χρήσασθε ὡς πολεμίοις.* II 67, 4 *πάντας οἱ Λακεδαιμόνιοι ὅσους λάβοιεν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὡς πολεμίους διέφθειρον.* III 54, 2 *εἰ μὲν ὡς πολεμίους ἐρωτᾶτε κ. τ. λ.* V 11, 1 *ὡς ἥρωί τε ἐντέμνουσι . . . καὶ τὴν ἀκοικίαν ὡς οἰκιστῇ προσέθεσαν.*

Si praepositioni alicui *ὡς* particula addita est, participium verbi principalis subaudiendum esse iam supra vidimus. Cuiusmodi in hoc genere haec exempla inveniuntur: I 84, 4 *ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους* (scil. *παρασκευαζόμενοι*) *ἔργῳ παρασκευαζόμεθα*[1]: semper ut adversus bene deliberantes adversarios re bellum paremus. I 85, 2 *ἐπὶ δὲ τὸν διδόντα οὐ πρότερον νόμιμον ὡς ἐπ' ἀδικοῦντα* (scil. *ἰόντας*: ut adversus iniuriam facientem) *ἰέναι.* I 134, 4 *οἱ δὲ ποιησάμενοι χαλκοῦς ἀνδριάντας δύο ὡς ἀντὶ Παυσανίου* (scil. *ἀνατιθέντες*: ut pro Pausania) *ἀνέθεσαν.* IV 15, 1 *ἔδοξεν αὐτοῖς ὡς ἐπὶ ξυμφορᾷ μεγάλῃ* (scil. *βουλεύοντας*: ut qui in magna calamitate consultarent) *τὰ τέλη καταβάντας ἐς τὸ στρατόπεδον βουλεύειν παραχρῆμα ὁρῶντας ὅ τι ἂν δοκῇ.* Ratio consultandi hic est subiecti logici *αὐτοῖς.* VI 50, 4 *τοὺς οὖν ὄντας ἐν Συρακούσαις Λεοντίνων ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθηναίους* (scil. *ἀπιόντας*) *ἀδεῶς ἀπιέναι:* abirent ad Athenienses ut ad amicos suos et bene meritos, i. e. ea mente abirent ut eos amicos suos esse et bene meritos confiderent.

b. Exempla positi ipsius participii ubi simuletur ab eo qui aliquid facere dicitur ratio adiuncta apud Thucydidem non inveniuntur; exstant in quibus participium aliquod subaudire liceat. Ex quibus primum affero VI 46, 3 *τὰ ἐκ τῶν ἐγγὺς πόλεων αἰτησα-*

---

[1] De hac scriptura cf. Stahlii adn. in ed. Popp.

μενοι ἐσέφερον ἐς τὰς ἑστιάσεις ὡς οἰκεῖα ἕκαστοι: ex vicinis urbibus rogata (pocula) ad convivia quique ferebant tanquam suam supellectilem, i. e. simulantes eam esse suam supellectilem. Re vera enim ea non illorum fuisse, sed ab aliis mutuata antea narratum est. Idem igitur significatur atque si legeremus ὡς οἰκεῖα ὄντα. Praeterea huc pertinent hi loci: IV 46, 5 πείθουσί τινας ὀλίγους, ὑποπέμψαντες φίλους καὶ διδάξαντες ὡς κατ' εὔνοιαν δὴ (scil. λέγοντας: per benevolentiae speciem) λέγειν ὅτι κράτιστον αὐτοῖς εἴη ὡς τάχιστα ἀποδρᾶναι. VI 54, 4 ἐν τρόπῳ δέ τινι ἀφανεῖ ὡς οὐ[1] διὰ τοῦτο δὴ (quasi non propter hoc fieret) παρεσκευάζετο προπηλακιῶν αὐτόν. VI 61. 6 ἀπέπλεον μετὰ τῆς Σαλαμινίας ἐκ τῆς Σικελίας ὡς ἐς τὰς Ἀθήνας: tanquam Athenas proficiscerentur. VIII 108, 4 ἐξαγαγὼν ὡς ἐπὶ φιλίᾳ καὶ ξυμμαχίᾳ: per amicitiae ac societatis speciem.

Simulandi autem vis omnibus his locis non in ipso ὡς posita est, sed e rerum contextu intellegitur.

II. Participia cum ὡς iuncta quae causam significant.

In his inest semper ut iam supra expositum est iudicium aliquod vel cogitatio eius qui tali causa adductus aliquid facere dicitur sive eius qui pro subiecto est eius sententiae cui enuntiatio participialis subiecta est. Totum hoc genus participiorum, quod multo amplius est quam alterum illud de quo modo diximus, commode dividitur in participia coniuncta quae vocantur et in participia absoluta. Nam utraque pariter ad causam enuntiandam adhibentur.

A. Primum igitur de participiis coniunctis dicemus. Quae cum plurima sint, dividentur a me ita ut discernantur participia praesentis et perfecti, aoristi, futuri temporis. Tali causa aut re vera ad agendum commotus est is qui agit aut se ea commo-

---

[1] De negativis particulis quas talia participia negata postulant vid. Kuehneri Gr. m. § 513, 3 „Wenn das Particip in Verbindung mit ὡς, ὥστε, ἅτε, οἷα, οἷον, ὥσπερ, καίπερ steht, so wird οὐ gebraucht, selbst wenn die Construction des Satzes μή erfordern würde, ausser wenn der regierende Satz ein Imperativ ist.“ Videmus igitur οὐ positum praeter illum locum I 5. 2. 68, 3. III 37, 4. VII 67, 4. VIII 89, 3; μή VII 15, 1. 77, 7. I 120, 2 (hoc ultimo loco verbum, quamquam non ipse imperativus est, tamen non diversam fere ab eo significationem habet). I 78, 1 βουλεύεσθε οὖν βραδέως ὡς οὐ περὶ βραχέων contra illud praeceptum fieri videtur, quod οὐ positum est post imperativum βουλεύεσθε: recte tamen id se habet, quod non tota sententia sed solum βραχέων ibi negatum est.

tum esse simulat. Quare porro distinguimus causam veram et simulatam sive fictam.

a. Ordiamur a participiis praesentis, quibuscum una commode afferuntur participia perfecti, quippe quae et ipsa ad praesens tempus eo nomine pertineant quod praesentem statum significant praeterita actione effectum.

Participia praesentis et perfecti cum ὡς iuncta quae causam ex vero enuntiatam eloquuntur multis locis Thucydideis inveniuntur. Primus est hic: I 20, 2 *τοῦ μὲν ἀπέσχοντο ὡς προειδότος:* ab hoc quidem abstinuerunt, quod eum rem antea compertam habere putabant. Hanc quoque significationem ortam esse e comparatione iam demonstravimus. Comparatio autem fit, ut sententiarum nexus indicat, non ab ipso scriptore, sed ex mente eius qui aliquid ea causa commotus facere dicitur (hoc loco ex mente eorum qui abstinuisse dicuntur). Quam propriam vim talis comparatio sententiae addat iam apud ea participia cum ὡς iuncta exposuimus quae rationem aliquam eius enuntiant qui aliquid facere dicitur. Quae enim ibi dicta sunt eadem fere in hoc participiorum genus cadunt, nisi quod illic ratio, hic causa ex mente agentis profertur. Aut igitur in tali structura scriptor vel orator consentire non vult causae enuntiatae aut, si aliquid iubet, iis qui iubentur de ea causa fidem facere vult. Latine vertuntur talia participia aut ita ut causam pendentem faciamus ex verbo aliquo reputandi, dicendi, existimandi, suspicandi, simulandi vel simili, quod pro sententiae natura addatur, aut coniunctionibus causalibus quod, quoniam, quia cum coniunctivo iunctis. Tanquam quoque et quasi coniunctiones talem causam significant, sed hoc ubi vera agentis causa significatur non ante Tacitum in usu fuit et in sermonem Latinum ex similitudine Graecae locutionis videtur inductum esse. Cf. Tac. ann. I 12 nec ideo iram eius lenivit, pridem invisus, tanquam ducta in matrimonium Vipsania M. Agrippae filia, quae quondam Tiberii uxor fuerat, plus quam civilia agitaret Pollionisque Asinii patris ferociam retineret; praeterea ann. XII 39, ubi item tanquam et XV 71, ubi quasi ita usurpatum est. Cf. Draeger Ueber Syntax und Stil des Tacitus § 179.

Praeter locum allatum eiusdem generis inveni hos: I 24, 6 *πέμπουσιν ἐς τὴν Κέρκυραν πρέσβεις ὡς μητρόπολιν οὖσαν*: mittunt Corcyram legatos reputantes eam originem suam esse sive quod ea origo sua esset. I 54, 1 *καὶ τροπαῖον ἀντέστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ Συβότοις ὡς νενικηκότες:* victoriam sibi vidicantes. Cum eodem sensu dicitur II 91, 2 *ἐπαιάνιζόν τε*

ἅμα πλέοντες ὡς νενικηκότες et II 92, 5 *ἔστησαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον ὡς νενικηκότες* et VII 34, 7 *οἱ Κορίνθιοι εὐθὺς τροπαῖον ἔστησαν ὡς νικῶντες.* I 69, 1 *οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος, ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δὲ ἀληθέστερον αὐτὸ δρᾷ, εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται*: si quidem etiam virtutis laudem, quod Graeciae liberator sit, fert. I 120, 2 *χρὴ . . . καὶ τῶν νῦν λεγομένων μὴ κακοὺς κριτὰς ὡς μὴ προσηκόντων εἶναι*: neque oportet eos malos iudices esse eorum quae nunc dicuntur, quia ad se non pertineant. II 11, 9 *ὡς οὖν ἐπὶ τοσαύτην πόλιν στρατεύοντες . . . ἕπεσθε*: considerantes tantae civitati vos bellum inferre sequimini. III 18, 1 *ἐπὶ Μήθυμναν ὡς προδιδομένην* (existimantes eam prodi) *ἐστράτευσαν.* III 26, 4 *ἐπιμένοντες γὰρ ἀεὶ ἀπὸ τῆς Λέσβου τι πεύσεσθαι τῶν νεῶν ἔργον ὡς ἤδη πεπεραιωμένων* (eas iam eo pervenisse suspicantes) *ἐπεξῆλθον τὰ πολλὰ τέμνοντες.* III 30, 2 *εἰκὸς δὲ καὶ τὸ πεζὸν αὐτῶν κατ' οἰκίας ἀμελέστερον ὡς κεκρατηκότων διεσπάρθαι*: verisimile est illorum peditatum neglegentius, quod se victoria potitos esse confidant, per hospitia dispersum esse. Pro *κεκρατηκότων* exspectamus *κεκρατηκός*, cum subiectum enuntiationis principalis sit *τὸ πεζόν.* Sed illud positum est conformata, ut saepius fit, ad sensum structura. III 48, 1 *πείθεσθέ μοι Μυτιληναίων οὓς μὲν Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς ἀδικοῦντας* (existimans eos iniuriae obnoxios esse) *κρῖναι καθ' ἡσυχίαν.* III 50, 1 *οὓς ὁ Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς αἰτιωτάτους ὄντας*: quod eos maxime culpae obnoxios esse putabat. III 55, 1 *πρὸς Ἀθηναίους ἐκελεύετε τραπέσθαι ὡς ἐγγὺς ὄντας*: ad Athenienses nos convertere iussistis, quod ii non procul abessent. III 72, 1 *οἱ Ἀθηναῖοι τούς τε πρέσβεις ὡς νεωτερίζοντας* (quod ii rebus novis studerent) *ξυλλαβόντες κατέθεντο ἐς Αἴγιναν.* III 79, 1 *δείσαντες μή ... ὡς κρατοῦντες* (quod victores se esse confiderent) *οἱ πολέμιοι ἢ τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἀναλάβωσιν ἢ κ. τ. λ.* IV 25, 10 *Λεοντῖνοι δὲ εὐθὺς καὶ οἱ ξύμμαχοι μετὰ Ἀθηναίων ἐς τὴν Μεσσήνην ὡς κεκακωμένην* (quod eam calamitate afflictam esse putabant) *ἐστράτευον.* IV 114, 1 *ἐξιέναι ἐκέλευσεν ἐκ τῆς Ληκύθου ὑποσπόνδους . . . ὡς οὔσης Χαλκιδέων*: quod Chalcidensium esset. IV 121, 1 *τὸν Βρασίδαν . . χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα*: quod Graeciae liberator esset. V 31, 5 *ὡς οὐκ ἴσον ἔχοντες* (quod inique secum agi existimabant) *ἀφίστανται πρὸς τοὺς Ἀργείους.* V 58, 2 *καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι ὡς μεμονωμένοις* (quod a sociorum auxilio interclusi essent) *τοῖς Λακεδαιμονίοις παρεσκευάζοντο μάχεσθαι* V 75, 4 *ξυνέβη . . .*

καὶ τοὺς Ἐπιδαυρίους πανδημεὶ ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀργείαν ὡς ἐρῆμον οὖσαν: quod praesidio orbata esset. VI 10, 5 *ἡμεῖς δὲ Ἐγεσταίοις δὴ οὖσι ξυμμάχοις ὡς ἀδικουμένοις* (quod iniuria eos affici opinamur) *ὀξέως βοηθοῦμεν.* VI 13, 1 *ἀντιπαρακελεύομαι . . . ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναρριπτούσης* (considerantes eam longe maximum eorum quae antea fuerunt periculum suscipere), *ἀντιχειροτονεῖν* . . . VI 15, 4 *ὡς τυραννίδος ἐπιθυμοῦντι* (quod dominationem affectaret) *πολέμιοι καθέστασαν, καὶ δημοσίᾳ κράτιστα διαθέντι τὰ τοῦ πολέμου.* VI 80, 1 *καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμηθίαν δοκεῖν τῳ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους* (quod utrorumque simus socii) *βοηθεῖν.* VI 88, 7 *τοὺς Ἰταλιώτας ἅμα παραπλέοντες ἐπειρῶντο πείθειν μὴ περιορᾶν τὰ γιγνόμενα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὡς καὶ ἐκείνοις ὁμοίως ἐπιβουλευόμενα:* quod et illis haec insidiose struerentur. VI 103, 4 *καὶ τοὺς στρατηγούς . . . ἔπαυσαν ὡς ἢ δυστυχίᾳ ἢ προδοσίᾳ τῇ ἐκείνων βλαπτόμενοι:* quod . . . clade se affici sibi persuasum habebant. VII 40, 2 *οἱ Ἀθηναῖοι νομίσαντες αὐτοὺς ὡς ἡσσημένους σφῶν* (quod se ab ipsis devictos esse concederent) *πρὸς τὴν πόλιν ἀνακρούσασθαι* . . . VII 43, 7 *προϊόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐν ἀταξίᾳ μᾶλλον ἤδη ὡς κεκρατηκότων* (cf. supra III 79, 1) *καὶ βουλομένων διελθεῖν.* VII 51, 1 *ἐπηρμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων* (quod et ipsi agnoscerent) *ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ μήτε τῷ πεζῷ.* VIII 38, 4 *ἐπιστέλλει περὶ αὐτοῦ ἐς τὴν Λακεδαίμονα Πεδάριτος ὡς ἀδικοῦντος:* quod iniuriam faceret. VIII 39, 4 *ἐντεῦθεν δή, ὡς ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντες* (quod in tuto esse sibi videbantur), *ἀγγελίαν ἔπεμπον.* VIII 46, 5 *τῷ Ἀλκιβιάδῃ . . . ὡς εὖ περὶ τούτων παραινοῦντι* (quod bene de his suadere videbatur) *προσθεὶς ἑαυτὸν ἐς πίστιν.* VIII 50, 1 *δείσας . . . μή, ἢν κατέλθῃ, ὡς κωλυτὴν ὄντα* (quod rem impedivisset) *κακῶς δρᾷ, τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε τι.* VIII 63, 4 *ἐσκέψαντο Ἀλκιβιάδην μέν . . . ἐᾶν, αὐτοὺς δὲ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, ὡς ἤδη καὶ κινδυνεύοντας* (quod iam etiam in periculo versarentur), *ὁρᾶν ὅτῳ τρόπῳ μὴ ἀνεθήσεται τὰ πράγματα.* VIII 64, 3 *οἱ Θάσιοι . . . τὴν πόλιν ἐτείχιζον, ὡς τῆς μὲν μετ' Ἀθηναίων ἀριστοκρατίας οὐδὲν ἔτι προσδεόμενοι, τὴν δ' ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἐλευθερίαν ὁσημέραι προσδεχόμενοι:* quod optimatium imperium in Atheniensium societate nequaquam iam desiderarent sed cotidie libertatem a Lacedaemoniis exspectarent. VIII 73, 2 *καὶ ἔμελλον τοῖς ἄλλοις ὡς δήμῳ ὄντι* (quia eos pro plebe habebant) *ἐπιθήσεσθαι.* VIII 86, 9 *τοὺς πρέσ-*

βεις ξυλλαβόντες τοῖς Ἀργείοις παρέδοσαν ὡς τῶν οὐχ ἥκιστα καταλυσάντων τὸν δῆμον ὄντας: quod in numero eorum essent qui non minime populi imperium sustulissent. VIII 87, 1 *ἤχθοντο αὐτῷ οἱ Πελοποννήσιοι ὡς φανερῶς ἤδη ἀττικίζοντο*: quod eum ad Atheniensium partes iam aperte inclinare putabant. VIII 89, 3 *ἐκ δὲ δημοκρατίας αἱρέσεως γιγνομένης ῥᾷον τὰ ἀποβαίνοντα ὡς οὐκ ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐλασσούμενός* (quod a paribus sibi de iure et commodo suo detrahi putat, ut Stahlius in ed. Popp. vertit) *τις φέρει.* Eodem referendum esse satis verisimile mihi videtur, quamquam scriptura codicum *ὡς* non exhibet, V 69, 2, ubi leguntur in libris mss. haec: *Λακεδαιμόνιοι δὲ καθ' ἑκάστους τε καὶ μετὰ τῶν πολεμικῶν νόμων ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὧν ἠπίσταντο τὴν παρακέλευσιν τῆς μνήμης ἀγαθοῖς οὖσιν ἐποιοῦντο, εἰδότες ἔργων ἐκ πολλοῦ μελέτην πλείω σῴζουσαν ἢ λόγων δι' ὀλίγου καλῶς ῥηθεῖσαν παραίνεσιν.* Cum haec verba qualia tradita sunt ferri nequeant, coniectura aliqua certe opus est. Et mihi quidem maxime arridet quod proposuit Stahlius[1] in ed. Popp: *ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν παρακέλευσιν ὧν ἠπίσταντο τῇ μνήμῃ ὡς ἀγαθοῖς οὖσιν ἐποιοῦντο*, quae sic vertit: apud se ipsos earum rerum quarum periti erant mentione adhortationem (sibi) ut viris strenuis faciebant. Addita *ὡς* particula bene ad cogitationem eorum qui adhortantur referuntur verba *ὡς ἀγαθοῖς οὖσιν*, quibus causa enuntiatur cur illo modo apud se ipsos animum erigant.

Adde haec duo exempla: I 68, 3 *καὶ εἰ μὲν ἀφανεῖς που ὄντες ἠδίκουν τὴν Ἑλλάδα, διδασκαλίας ἂν ὡς οὐκ εἰδόσι προσέδει*: opus esset vos ut ignaros sive quod ignari esse videremini edoceri. Hoc loco *ὡς οὐκ εἰδόσι* pertinet ad cogitationem *τῶν διδασκόντων*, qui in *διδασκαλίας* nomine latent; pariter enim dictum est ac si scriptum esset *διδάσκειν ἂν ὑμᾶς ὡς οὐκ εἰδότας προσέδει.* VI 53, 1 *καὶ καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην . . . καὶ ἐπ' ἄλλους τινὰς τῶν στρατιωτῶν τῶν μετ' αὐτοῦ, μεμηνυμένων περὶ τῶν μυστηρίων ὡς ἀσεβούντων*: adversus alios quosdam militum, qui cum eo erant, de quibus indicium delatum erat quod mysteria polluissent. Quo loco *ὡς* particula sententiam non eorum de quibus indicium delatum erat sed eorum qui deferunt indicat. Hic igitur subiectum ad quod spectat *ὡς* cum participio activae

[1] Idem in ed. Tauchn. coniecerat *ὧν ἠπίσταντο [τὴν] παρακέλευσιν τὴν μνήμην ἀγαθοῖς οὖσαν ἐποιοῦντο*: mentionem eorum faciebant quorum mentionem viris fortibus adhortationem esse sciebant.

enuntiationis est idque latens in verbi forma passiva. Est igitur subiectum logicum, non grammaticum.

Nonnulla inveniuntur exempla quae proprio quodam usu a reliquis differant. Etiamsi enim participium aliquod eiusdem sententiae quae ὡς participiis adiuncto exprimitur positum est, nihilominus in eandem sententiam abundanter ὡς addere licet. Eandem igitur hic abundantiam habemus atque in Latino sermone ubi quod cum coniunctivo verbi dicendi vel putandi invenitur, velut Caes. bell. gall. V 6 Dumnorix omnibus primo precibus petere contendit ut in Gallia relinqueretur, . . . quod religionibus impediri sese diceret et Cic. Verr. III 58 multi praetores quaestores suos de provincia decedere iusserunt, quod illorum culpa se minus commode audire arbitrarentur. Exempla eiusmodi apud Thucydidem habes haec: IV 114, 4 ἔλεξε . . . τὸ δὲ κήρυγμα ποιήσασθαι τούτου ἕνεκα τοῖς παρ' Ἀθηναίους καταπεφευγόσιν, ὡς ἡγούμενος οὐδὲν χείρους τῇ ἐκείνων φιλίᾳ : quod eos nihil deteriores putaret propter amicitiam illorum. VI 32, 3 Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος παρελθὼν αὐτοῖς, ὡς σαφῶς οἰόμενος εἰδέναι (quod certo scire se opinaretur) τὰ περὶ αὐτῶν, ἔλεγε καὶ παρῄνει τοιάδε. VII 40, 2 καθ' ἡσυχίαν ἐκβάντες τα τε ἄλλα διεπράσσοντο καὶ τὰ ἀμφὶ τὸ ἄριστον, ὡς τῆς γε ἡμέρας ταύτης οὐκέτι οἰόμενοι ἂν ναυμαχῆσαι : quod illo quidem die non iam classe se conflicturos esse existimarent. VII 46 Γύλιππος . . ᾤχετο αὖθις, ἄξων στρατιὰν ἔτι, ὡς ἐν ἐλπίδι ὢν καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων αἱρήσειν βίᾳ : quod speraret etiam munitiones Atheniensium se expugnaturum esse. Aliter comparatum est V 49, 4, de quo infra dicetur.

Restat denique ut afferantur ii loci ubi causa participio significata non pro vera habetur sed simulatur vel fingitur. Utrum fiat non cognoscitur nisi ex rerum cohaerentia. Ubi autem eius rei in hac nullum est indicium, in medio relinquitur utrum vera an ficta causa proferatur. Simulatae causae certa exempla haec sunt: II 72, 2 δεδιέναι δὲ καὶ περὶ τῇ πάσῃ πόλει μὴ . . . Θηβαῖοι, ὡς ἔνορκοι ὄντες (simulantes pacto se contineri) κατὰ τὸ ἀμφοτέρους δέχεσθαι, αὖθις σφῶν τὴν πόλιν πειράσωσι καταλαβεῖν. V 49, 4 οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ὑπελάμβανον οὐ χρεὼν εἶναι αὐτοὺς ἐπαγγεῖλαι ἔτι ἐς Λακεδαίμονα, εἰ ἀδικεῖν γε ἤδη ἐνόμιζον αὐτούς, ἀλλ' οὐχ ὡς νομίζοντας τοῦτο δρᾶσαι : at non quasi ita existimarent hoc fecisse. VII 73, 3 ἀνακαλεσάμενοί τινας ὡς ὄντες τῶν Ἀθηναίων ἐπιτήδειοι (quasi Atheniensium amici esssent sive simulantes se Atheniensium amicos esse) . . ., ἐκέλευον φράζειν Νικίᾳ μὴ ἀπάγειν τῆς νυκτὸς

τὸ στράτευμα. VIII 51, 3 *δόξας δὲ ὁ Ἀλκιβιάδες οὐ πιστὸς εἶναι, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων προειδὼς τῷ Φρυνίχῳ ὡς ξυνειδότι* (tanquam rei conscius esset) *κατ' ἔχθραν ἀνατιθέναι, οὐδὲν ἔβλαψεν αὐτόν.* Res in medio relinquitur V 52, 1 *καὶ Ἡγησιππίδαν τὸν Λακεδαιμόνιον ὡς οὐ καλῶς ἄρχοντα* (quod non bene rem administraret) *ἐξέπεμψαν.*

b. Eodem modo atque participia praesentis et perfecti cum *ὡς* iuncta accipienda sunt aoristi participia, nisi quod rem praeteritam significant. Occurrunt autem his locis : I 105, 6 *ἀνθίστασαν τροπαῖον καὶ αὐτοὶ ὡς νικήσαντες* : se vicisse contendentes sive victoriam sibi vindicantes. I 140, 5 *καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες :* statim aliud quoddam maius vobis imperabitur, quia recordantur timore hoc quoque vos sibi concessisse. Quo loco causa non in cogitatione eorum est quibus imperatur, sed eorum qui imperant, quasi scriptum sit *ὑμῖν ἐπιτάξουσι καὶ ἄλλο τι μεῖζον ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσασιν.* Refertur igitur illa ad subiectum enuntiationis activae, quod idem supra invenimus in exemplo quod VI 53, 1 legitur. II 59, 2 *καὶ τὸν μὲν Περικλέα ἐν αἰτίᾳ εἶχον ὡς πείσαντα σφᾶς πολεμεῖν καὶ δι' ἐκεῖνον ταῖς ξυμφοραῖς περιπεπτωκότες* : Periclem incusabant quod adducti essent per eum ad bellum gerendum et propter eum in calamitates incidissent. Non solum ad *πείσαντα* sed etiam ad *περιπεπτωκότες ὡς* pertinere facile intellegitur. Semel ita positi *ὡς* multa sunt exempla, velut II 11, 9. IV 5, 1. 73, 4. 114, 5. VI 24, 3. VIII 56, 3. 65, 2. Frustra igitur illo loco ante *δι' ἐκεῖνον* Kruegerus alterum *ὡς* inseri vult. IV 19, 3 *ὀφείλων γὰρ ἤδη ὁ ἐναντίος μὴ ἀνταμύνασθαι ὡς βιασθείς, ἀλλ' ἀνταποδοῦναι ἀρετήν, ἑτοιμότερός ἐστιν αἰσχύνῃ ἐμμένειν οἷς ξυνέθετο :* adversarius enim obstrictus non ut ulcisciscatur, quod sibi vis illata sit, sed ut ipse quoque reddat generosam virtutem, promptior est etc. IV 73, 4 *οὕτω δὴ τῷ μὲν Βρασίδᾳ αὐτῷ καί . . . οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς, ὡς ἐπικρατήσαντι* (quod superior fuisset) . . . *ἀνοίγουσί τε τὰς πύλας καὶ κ. τ. λ.* IV 130, 6 *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐσπεσόντες [ἐς] τὴν [Μένδην] πόλιν, ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως ἀνοιχθεῖσαν, ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ ὡς κατὰ κράτος ἑλόντες* (quod eam vi cepissent) *διήρπασαν.* VII 34, 8 *ἔστησαν τροπαῖον καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ ὡς νικήσαντες* (cf. I 105, 6 supra allatum). VIII 24, 1 *τροπαῖον . . . ἔστησαν, ὃ οἱ Μιλήσιοι ὡς οὐ μετὰ κράτους τῆς γῆς σταθὲν* (quod non cum terrae occupatione erectum esset) *ἀνεῖλον.*

Ubi ἄν participio aoristi additur, vim optativi cum ἄν iuncti habet. Neque igitur rem praeteritam significat, sed praesentem aut futuram (cf. Stahlii adn. in ed. Popp. ad III 38, 2). Eiusmodi est VII 67, 4 ἵν' ἢ βιασάμενοι ἐκπλεύσωσιν ἢ κατὰ γῆν μετὰ τοῦτο τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται, ὡς τῶν γε παρόντων οὐκ ἂν πράξαντες χεῖρον : quod praesenti quidem rerum condicione peius se non essent habituri, ut interpretatur Stahlius in ed. Popp. Eiusdem modi est hic locus, ubi falsa est causa: III 37, 4 οἱ μὲν γὰρ τῶν τε νόμων σοφώτεροι βούλονται φαίνεσθαι τῶν τε ἀεὶ λεγομένων ἐς τὸ κοινὸν περιγίγνεσθαι ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην : quasi in aliis maioribus rebus ingenium suum declarare non possint sive putantes aliam meliorem se invenire non posse occasionem sollertiae ostentandae, ut Poppo interpretatur. His exemplis adiungendum videtur esse IV 10, 1 μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ τοιᾷδε ἀνάγκῃ ξυνετὸς βουλέσθω δοκεῖν εἶναι, ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὸς ἡμᾶς δεινόν, μᾶλλον ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις ὡς καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος : confisus etiam ex his se incolumen esse evasurum, ubi ὡς probabiliter a Stahlio (Annal. phil. 1870 p. 325) additum est. Nam καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος non ita ad ὁμόσε χωρῆσαι applicatum est ut res ipsa futura esse dicatur, sed ita ut considerationi eius qui ὁμόσε χωρεῖν iubetur tribuatur. Contrarium enim est superiori ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὸς ἡμᾶς δεινόν. Quare ὡς propter sententiae conexum abesse nequit. Quod confirmatur, ut idem Stahlius docet, Dion. Cass. frgm. 55, 7 αἱ μὲν γὰρ εὐπραγίαι σφάλλουσιν ἔστιν ὅτε τοὺς ἀπερισκέπτως δι' αὐτὰς ἐλπίσαντας ὡς καὶ αὖθις κρατήσοντας, quippe quem hunc Thucydidis locum ante oculos habuisse perspicuum sit.

Contra temere ὡς addidit Cobetus (Mnemos. XI p. 218 et Mnemos. nov. ser. VIII p. 82 sqq.) eumque secutus Herwerdenus hoc loco: I 54, 2 γνώμῃ δὲ ἑκάτεροι τοιᾷδε τὴν νίκην προσεποιήσαντο. Κορίνθιοι μὲν κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ μέχρι νυκτός, ὥστε καὶ ναυάγια πλεῖστα καὶ νεκροὺς προσκομίσασθαι, καὶ ἄνδρας ἔχοντες αἰχμαλώτους οὐκ ἐλάσσους χιλίων ναῦς τε καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα ἔστησαν τροπαῖον, Κερκυραῖοι δὲ τριάκοντα ναῦς μάλιστα διαφθείραντες, καὶ ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον, ἀνελόμενοι τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ναυάγια καὶ νεκρούς, καὶ ὅτι αὐτοῖς τῇ τε προτεραίᾳ πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς, καὶ ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι, οὐκ ἀντέπλεον ἐκ τῶν Συβότων, διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔστησαν. Ille enim ὡς duobis locis ante κρατήσαντες et ante τριάκοντα inseri iussit et deleri

ἔστησαν τροπαῖον — ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον — ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς — διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔστησαν. Quae violenta coniectura ne quadrat quidem ad loci sententiam et contextum. Nam pro causis cur utrique victoriam sibi vindicaverint ipsas res factas, non eorum cogitationem afferri per rerum conexum licet, et id re vera fieri in verbis ὅτι αὐτοῖς τῇ τε προτεραίᾳ πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι coniunctio ὅτι ostendit. Cf. de hac re pluribus disputantem Stahlium in ed. Popp.

c. Sequitur ut afferantur participia futuri cum ὡς iuncta, quibus, ut iam supra diximus, praeter causae significationem subest vis finalis eaque consilii.

Ac primum quidem causam significantia participia futuri cum ὡς iuncta exscribamus. Sunt autem haec: II 11, 9 ὡς οὖν (ἐπὶ τοσαύτην πόλιν στρατεύοντες καὶ) μεγίστην δόξαν οἰσόμενοι (reputantes igitur ... maximam gloriam vos allaturos esse) τοῖς τε προγόνοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐπ᾽ ἀμφότερα ἐκ τῶν ἀποβαινόντων, ἕπεσθ᾽ ὅπῃ ἄν τις ἡγῆται, quo loco praeter praesentis participium (στρατεύοντες) participium futuri (οἰσόμενοι) item ad causam significandam positum esse videmus. IV 5, 1 ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὡς, ὅταν ἐξέλθωσιν, ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς ἢ ῥᾳδίως ληψόμενοι βίᾳ: rem parvi faciebant, quod, si quando egressi essent, aut adventum suum illos non sustenturos esse aut facile oppidum se capturos esse putabant. IV 77, 1 τὸν δὲ Δημοσθένη προαπέστειλεν ... ὅπως ... πλέοι ἐπὶ τὰς Σίφας ὡς προδοθησομένας: fore ut eae proderentur existimans. Causa refertur ad subiectum sententiae primariae τὸν δὲ Δημοσθένη προαπέστειλεν. VI 24, 3 καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι· τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ᾽ ἃ ἔπλεον ἢ κ. τ. λ.: et cupiditas pariter omnes invasit proficiscendi; maiores enim natu (invasit), quod sperabant se sub potestatem suam redacturos esse ea adversus quae expeditionem facerent etc. Refertur causa ad subiectum logicum verborum ἔρως ἐνέπεσε, quae idem fere valent atque ἐπεθύμησαν. Item VI 30, 1 εἴρητο ἐς Κέρκυραν ξυλλέγεσθαι, ὡς ἐκεῖθεν ἀθρόοις ἐπὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦσιν: quod inde traiecturi essent. Reliqua huius generis exempla haec sunt: V 43, 3 πέμπει εὐθὺς ἐς Ἄργος ἰδίᾳ κελεύων ὡς τάχιστα ἥκειν ὡς ... αὐτὸς ξυμπράξων τὰ μάλιστα: quod ipse eos maxime adiuturus esset. VI 17, 2 τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν μὴ μεταγιγνώσκετε ὡς ἐπὶ μεγάλην δύναμιν ἐσόμενον: ne poeniteat vos expeditionis in Siciliam faciendae, quod adversus potentem civitatem futura sit. VII 60, 2

προπέμψαντες γὰρ ἐς Κατάνην ὡς ἐκπλευσόμενοι (quod se navibus e portu exituros esse sperabant) *ἀπεῖπον μὴ ἐπάγειν.* VIII 65, 2 *καὶ αὐτὸν κατ' ἀμφότερα, τῆς τε δημαγωγίας ἕνεκα καὶ οἰόμενοι τῷ Ἀλκιβιάδῃ ὡς κατιόντι καὶ τὸν Τισσαφέρνη φίλον ποιήσοντι* (quod eum rediturum et Tissaphernis amicitiam sibi conciliaturum esse confidebant) *χαριεῖσθαι, μᾶλλόν τι διέφθειραν.*

Simulatam causam habemus IV 80, 3 *προεῖπον αὐτῶν ὅσοι ἀξιοῦσιν ἐν τοῖς πολεμίοις γεγενῆσθαι σφίσιν ἄριστοι, κρίνεσθαι, ὡς ἐλευθερώσοντες*: tanquam libertate eos donaturi essent.

Altera autem atque frequentior significatio participii futuri cum *ὡς* iuncti finalis est, velut I 26, 4 *στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσὶ μετὰ τῶν φυγάδων ὡς κατάξοντες*: proficiscuntur contra eos Corcyraei quadraginta navibus cum exsulibus eo consilio ut hos reducerent. Haec autem vis finalis non in *ὡς* particula posita est, sed in participio futuri, quippe quod et ipsum sine *ὡς* finem alicui in agendo propositum significet. Accedente *ὡς*, ut iam indicavimus, haec vis ita determinatur ut finem eum ipsum qui agit sibi proposuisse sive id fuisse agentis consilium exprimatur. Quare *ὡς* cum participio futuri ponere non licet ubi quis ex alieno mandato agit, is enim non suum, sed alienum consilium sequitur. Quare I 31, 3 *οἱ δὲ Κορίνθιοι πυθόμενοι ταῦτα ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι* (acturi) *ὡς* addi non poterat; nam qui Athenas venerunt legati Corinthiorum fuerunt, qui non sua sponte, sed ex civitatis mandato eo se contulerunt. Simile est V 44, 3 *ἀφίκοντο δὲ καὶ Λακεδαιμονίων πρέσβεις . . ., καὶ ἅμα Πύλον ἀπαιτήσοντες ἀντὶ Πανάκτου, καὶ περὶ τῆς Βοιωτῶν ξυμμαχίας ἀπολογησόμενοι κ. τ. λ.* Neque *ὡς* adiungere licet ubi praeter consilium finis proxime propositus significatur, velut VI 72, 1 *καὶ οἱ μὲν ταύτῃ τῇ γνωμῃ ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Νάξον καὶ, Κατάνην διαχειμάσοντες*; nam hic *ταύτῃ τῇ γνώμῃ* ad consilium antea expositum refertur, a quo discernitur finis proxime propositus hiemandi, quo illud ipsum quod expetebant assequi studuerunt. Atque etiamsi talis distinctio non fit, proximus finis ipsi actioni ex rerum condicione reapse propositus atque suapte natura consentaneus, non animo demum informatus, nudo participio futuri exprimitur, velut VI 97, 5 *καὶ μετὰ τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι . . . ἐπαναχωρήσαντες φρούριον ἐπὶ τῷ Λαβδάλῳ ᾠκοδόμησαν ἐπ' ἄκροις τοῖς κρημνοῖς τῶν Ἐπιπολῶν ὁρῶν πρὸς τὰ Μέγαρα, ὅπως εἴη αὐτοῖς, ὁπότε προΐοιεν ἢ μαχούμενοι ἢ τειχιοῦντες, τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς χρήμασιν ἀποθήκη.* Pro eiusmodi autem fine omnis res

habenda est quae actionem aliquam certo vel continuo consequetur, velut I 95, 3 *ἐν τούτῳ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι μετεπέμποντο Παυσανίαν ἀνακρινοῦντες ὧν πέρι ἐπυνθάνοντο.* Contra si talis finis ex ipsa actione minus consequens est vel ad remotius aliquod tempus pertinet, *ὡς* addi solet. Quod fit IV 97, 1 *τῷ Δηλίῳ ἐπεβούλευον ὡς προσβαλοῦντες* (insidiae enim strui possunt ad loca non solum vi, sed etiam per proditionem capienda) et VI 88, 6 *καὶ τἆλλα ἐς τὸν περιτειχισμόν, πλινθία καὶ σίδηρον ἡτοίμαζον καὶ ὅσα ἔδει, ὡς ἅμα τῷ ἦρι ἑξόμενοι τοῦ πολέμου.* Neque tamen discrimen quod participio futuri *ὡς* particula aucto cum nudo intercedit id est ut ubicunque aliquid consulto expetatur *ὡς* adiuncto opus sit. Nam ubi id ipsum speciatim exprimi ad rem nihil refert, *ὡς* abesse potest. Si enim VI 83, 4 *τήν τε γὰρ ἐκεῖ ἀρχὴν εἰρήκαμεν διὰ δέος ἔχειν καὶ τὰ ἐνθάδε διὰ τὸ αὐτὸ ἥκομεν*[1] *μετὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς καταστησόμενοι, καὶ οὐ δουλωσόμενοι, μὴ παθεῖν δὲ μᾶλλον τοῦτο κωλύσοντες* contuleris cum I 63, 2 *ὡς ἡ μάχη ἐγίγνετο καὶ τὰ σημεῖα ἤρθη, βραχύ μέν τι προῆλθον ὡς βοηθήσοντες, καὶ οἱ Μακεδόνες ἱππῆς ἀντιπαρετάξαντο ὡς κωλύσοντες* et VII 74, 2 *Συρακόσιοι καὶ Γύλιππος τῷ μὲν πεζῷ προεξελθόντες τάς τε ὁδοὺς τὰς κατὰ τὴν χώραν ᾗ εἰκὸς ἦν τοὺς Ἀθηναίους ἰέναι ἀπεφράγνυσαν καὶ τῶν ῥείθρων καὶ ποταμῶν τὰς διαβάσεις ἐφύλασσον καὶ ἐς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος ὡς κωλύσοντες ᾗ ἐδόκει ἐτάσσοντο,* illic non minus quam his locis rem consulto expetitam invenies. Sed illic magis ad rem refert quid re vera facturi sint quam quid facere consilium ceperint. Neque minus quam III 89, 1 *μέχρι μὲν τοῦ ἰσθμοῦ ἦλθον ὡς ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβαλοῦντες* addere *ὡς* licebat I 18, 2 *ὁ βάρβαρος τῷ μεγάλῳ στόλῳ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δουλωσόμενος ἦλθε,* sed nullo sententiae damno item omitti poterat. Sed eam legem nulla exceptione apud Thucydidem observatam esse videmus ut subiectum participii futuri cum *ὡς* iuncti ubi c o n s i l i u m significatur ubique idem sit atque verbi principalis. Itaque VIII 64, 1 *Πείσανδρον εὐθὺς τότε καὶ τῶν πρέσβεων τοὺς ἡμίσεις ἀπέστελλον ἐπ' οἴκου πράξοντας τἀκεῖ* scripsit similiterque omnia quae eiusdem sunt generis, non *ὡς πράξοντας τἀκεῖ* vel quae sunt similia. Cf. II 85, 4. III 71, 2, V 46, 2. 84, 3. VI 6, 3. VII 16, 2. 25, 9. VIII 72, 1. Praeterea in hoc genere nusquam *ὡς* ille posuit ubi verbum principale negationem secum habet (cf. VI 100, 1 *οἱ Ἀθηναῖοι [αὐτοὺς] οὐκ ἦλθον κωλύσοντες*); adiunxit ubi negatio ad totam enuntiationem participialem pertinet, velut V 7, 3 *τὴν*

[1] Cf. Stahlii adn. in ed. Popp.

μείζω παρασκευὴν περιέμενεν, οὐχ ὡς τῷ ἀσφαλεῖ, ἢν ἀναγκάζηται, περισχήσων, ἀλλ' ὡς κύκλῳ περιστὰς βίᾳ αἱρήσων τὴν πόλιν. Quod quam rationem habeat perspicuum est. Nam certum quoddam consilium exsequi non possumus nisi agendo; contra omittere possumus actionem cui ipsi certus quidam finis propositus sit, pariterque fieri potest ut agendo non hoc consilium, sed aliud persequamur.

Iam eo transire licet ut reliqua *ὡς* participio adiuncti exempla quae huc pertinent afferamus. Sunt autem haec: I 100, 3 *ἐπὶ δὲ Στρυμόνα πέμψαντες μυρίους οἰκήτορας αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ὡς οἰκιοῦντες* (eo consilio ut coloniam conderent) *τὰς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδούς.* III 15, 1 *τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν τοῖς τε ξυμμάχοις παροῦσι κατὰ τάχος ἔφραζον ἰέναι ἐς τὸν ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν ὡς ποιησόμενοι* (ut irruptionem in Atticam facturi iusserunt socios qui aderant celeriter in Isthmum proficisci) *καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο, καὶ ὁλκοὺς παρεσκεύαζον τῶν νεῶν ἐν τῷ ἰσθμῷ ὡς ὑπεροίσοντες . . . καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα ἐπιόντες*: ut traducturi . . . et navibus et pedestri exercitu simul agressuri. De hoc enim dicendi genere posteriore tempore a Romanis ad similitudinem Graecae locutionis in suum sermonem illato cf. Tac. Ann. I 47 ceterum ut iam iamque iturus legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit naves, Hist. II 68 (ut transmissurus) et III 68 (ut positurus). Ut hoc loco *ὡς ἐπιόντες,* sic *ὡς ἐπεξιὼν* legimus III 27, 2 *ὁ Σάλαιθος . . . ὁπλίζει τὸν δῆμον πρότερον ψιλὸν ὄντα ὡς ἐπεξιὼν τοῖς Ἀθηναίοις*: Salaethus populum armat, qui antea inermis erat eo consilio ut Athenienses aggrederetur. Participia enim praesentis verbi *ἰέναι* atque compositorum ubi futuri vi praedita sunt in hac quaestione pro futuri participiis habentur; cf. V 62, 2. 65, 6. VI 63, 1. III 33, 1 *ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους ὡς γῇ ἑκούσιος οὐ σχήσων ἄλλῃ ἢ Πελοποννήσῳ*: ut sua sponte non ad aliam terram appulsurus nisi ad Peloponnesum. III 89, 1 *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι μέχρι μὲν τοῦ ἰσθμοῦ ἦλθον ὡς ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβαλοῦντες Ἄγιδος τοῦ Ἀρχιδάμου ἡγουμένου, Λακεδαιμονίων βασιλέως, σεισμῶν δὲ γενομένων πολλῶν ἀπετράποντο πάλιν καὶ οὐκ ἐγένετο ἐσβολή.* III 115, 4 *καὶ ἐπλήρουν ναῦς τεσσαράκοντα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς ἀποστελοῦντες αὐτοῖς.* IV 9, 4 *ἔταξε τοὺς ὁπλίτας ὡς εἴρξων, ἢν δύνηται, κ. τ. λ.* IV 13, 3 *τῇ δ' ὑστεραίᾳ παρασκευασάμενοι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν ἀνήγοντο, ἢν μὲν ἀντεκπλεῖν ἐθέλωσι σφίσιν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν, εἰ δὲ μή, ὡς αὐτοὶ ἐπεσπλευσούμενοι.* IV 35, 2 *ἐτάξαντο παρὰ πᾶν ὡς ἀμυνούμενοι ᾗπερ ἦν ἐπίμαχον.* IV 77, 2

ἐπὶ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους στρατεύσας πρῶτον καὶ προσποιησάμενος τἆλλα ἡτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας, ὅταν δέῃ, ἀπαντησόμενος. IV 127, 2 *καὶ προσιόντος αὐτοῦ ἐς αὐτὸ ἤδη τὸ ἄπορον τῆς ὁδοῦ κυκλοῦνται ὡς ἀποληψόμενοι.* V 39, 3 *βουλόμενοι δὲ τὸ Πάνακτον παραλαβεῖν ὡς τὴν Πύλον ἀντ' αὐτοῦ κομιούμενοι κ. τ. λ.* V 56, 5 *οἱ Ἀργεῖοι ἦλθον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαυρον ὡς ἐρήμου οὔσης διὰ τὸν πόλεμον βίᾳ αἱρήσοντες*, quo loco vim particulae *ὡς* non solum ad *ἐρήμου οὔσης* sed etiam ad *αἱρήσοντες* participium pertinere recte adnotatur in ed. Popp. V 65, 6 *προελθόντες ἐς τὸ ὁμαλὸν ἐστρατοπεδεύσαντο ὡς ἰόντες ἐπὶ τοὺς πολεμίους.* VI 63, 1 *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς τὴν ἔφοδον οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ Συρακούσας παρεσκευάζοντο, οἱ δὲ Συρακόσιοι καὶ αὐτοὶ ὡς ἐπ' ἐκείνους ἰόντες.* VI 65, 3 *καὶ οἵ τε Ἀθηναῖοι ἅμα ἕῳ ἐξέβαινον ἐς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπιεῖον ὡς τὸ στρατόπεδον καταληψόμενοι, καὶ κ. τ. λ.* VII 2, 3 *καὶ τῷ Γυλίππῳ πανστρατιᾷ ὡς ἀπαντησόμενοι ἐξῆλθον.* VII 7, 4 *ἀνεπειρῶντο ὡς καὶ τούτῳ ἐπιχειρήσοντες.* VII 18, 4 *καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ ἅμα ὡς ἀποπέμψοντες ἐν ταῖς ὁλκάσιν ἐπικουρίαν αὐτοί τε ἐπόριζον καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους προσηνάγκαζον.* VIII 17, 1 *ἔπλεον ἐς Μίλητον ὡς ἀποστήσοντες.* VIII 25, 3 *ὡς ἐπὶ Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους* (= *ἐπ' αὐτοὺς ὡς οὐ δεξομένους*) *ἀτακτότερον χωροῦντες.* VIII 100, 2 *ἄλφιτά τε καὶ τἆλλα ἐπιτήδεια παρασκευάζειν ἐκέλευεν ὡς, ἢν πλείων χρόνος γίγνηται, ἐκ τῆς Λέσβου τοὺς ἐπίπλους τῇ Χίῳ ποιησόμενος.*

Frequentissimus est in hoc genere usus verbi *παρασκευάζεσθαι* cum *ὡς* et participio futuri iuncti, quae exempla separatim hic sequantur: II 7, 1 *οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο ὡς πολεμήσοντες.* II 10, 1 *περιήγελλον . . . στρατιὰν παρασκευάζεσθαι ταῖς πόλεσι τά τε ἐπιτήδεια οἷα εἰκὸς ἐπὶ ἔξοδον ἔκδημον ἔχειν, ὡς ἐσβαλοῦντες ἐς τὴν Ἀττικήν.* III 107, 2 *παρεσκευάζοντο ὡς μαχούμενοι τοῖς ἐναντίοις.* III 115, 3 *τῆς δὲ θαλάσσης ὀλίγαις ναυσὶν εἰργόμενοι παρεσκευάζοντο ναυτικὸν ξυναγείροντες ὡς οὐ περιοψόμενοι.* IV 8, 4 *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι παρεσκευάζοντο ὡς τῷ τειχίσματι προσβαλοῦντες κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.* IV 13, 4 *παρεσκευάζοντο, ἢν ἐσπλέῃ τις, ὡς ἐν τῷ λιμένι ὄντι οὐ σμικρῷ ναυμαχήσοντες.* V 53 *παρεσκευάζοντο οὖν οἱ Ἀργεῖοι ὡς αὐτοὶ ἐς τὴν Ἐπίδαυρον διὰ τοῦ θύματος τὴν ἔσπραξιν ἐσβαλοῦντες.* V 54, 2 *καὶ τοῖς ξυμμάχοις περιήγγειλαν . . . . παρασκευάζεσθαι ὡς στρατευσομένους.* V 62, 2 *παρεσκευάζοντο ἐν τῇ Μαντινείᾳ ὡς ἐπὶ Τεγέαν ἰόντες.* VI 71, 2 *χειμών τε γὰρ ἦν καὶ τὸν πόλεμον αὐτόθεν ποιεῖσθαι οὔπω ἐδόκει δυνατὸν εἶναι, πρὶν ἂν . . . τά τε*

ἄλλα καὶ σῖτον καὶ ὅσων δέοι παρασκευάσωνται, ὡς ἐς [1] *τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες ταῖς Συρακούσαις.* VII 17, 1 *ὁ δὲ Δημοσθένης ὑπομένων παρασκευάζετο τὸν ἔκπλουν ὡς ἅμα τῷ ἦρι ποιησόμενος.* VII 41, 4 et 50, 3 *καὶ οἱ μὲν ὡς ἐπιθησόμενοι κατ᾽ ἀμφότερα παρεσκευάζοντο αὖθις.* VII 61, 3 *ὡς ἀναμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους, ὅσοι αὐτοὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε.* VIII 3, 2 *τά τε ἄλλα παρεσκευάζοντο ὡς εὐθὺς πρὸς τὸ ἔαρ ἑξόμενοι τοῦ πολέμου.* VIII 100, 5 *παρεσκευάζοντο ὡς κατὰ κράτος μηχαναῖς τε καὶ παντὶ τρόπῳ, ἣν δύνωνται, αἱρήσοντες τὴν Ἔρεσον.* Quae exempla si accuratius contemplatus eris, *ὡς* addi solere perspicies ubi id quod propositum est non certo et continuo sed ita demum si aliud quid fiat vel factum sit eventurum esse significatur. Talia enim sunt IV 13, 4. VIII 100, 5, quibus locis accedit qui simillimus est IV 77, 2 *ἡτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας, ὅταν δέῃ, ἀπαντησόμενος.* Cfr. IV 9, 4. 13, 3. Quare haud scio an recte Herwerdenus II 91, 1 *καὶ ἴσχουσαι ἀντίπρῳροι κατὰ τὸ Ἀπολλώνιον παρεσκευάζοντο ἀμυνούμενοι, ἢν ἐς τὴν γῆν ἐπὶ σφᾶς πλέωσιν* ante *ἀμυνούμενοι* inseruerit *ὡς*.

Comparandi causa eos locos subiungo ubi *ὡς* abest. Sunt autem hi: II 18, 1 *προσβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιησόμενοι μηχαναῖς τε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ.* II 91, 1 modo allatum est. V 8, 2 *τέχνῃ δὲ παρεσκευάζετο ἐπιθησόμενος.* VI 54, 4 *ἐν τρόπῳ δέ τινι ἀφανεῖ ὡς οὐ διὰ τοῦτο δὴ παρεσκευάζετο προπηλακιῶν αὐτόν.* VII 17, 3 *ἐν ὁλκάσι παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ [πέμψοντες].* VIII 59 *καὶ μετὰ ταῦτα παρεσκευάζετο Τισσαφέρνης τάς τε Φοινίσσας ναῦς ἄξων, ὥσπερ εἴρητο, καὶ τἆλλα ὅσαπερ ὑπέσχετο, καὶ ἐβούλετο παρασκευαζόμενος γοῦν δῆλος εἶναι.*

Iam transeamus ad eos locos quibus ad causam aliquam significandam *ὡς* positum est omissis participiis quae cogitatione subaudienda sunt. Quomodo huius structurae propriam vim nihil immutari facile intellegitur. Primum exscribo ea exempla quae participiis verbi *εἶναι* complenda sunt. I 25, 1 *τὸν θεὸν ἐπήροντο εἰ παραδοῖεν τοῖς Κορινθίοις τὴν πόλιν ὡς οἰκισταῖς* (scil. *οὖσιν*): deum consuluerunt num urbem suam dederent Corinthiis, quod conditores eius essent. Si subaudivimus ad *ὡς οἰκισταῖς* participium *οὖσιν*, nihil distat hic locus ab iis quos

[1] Plurimi codices *ὥστε* pro *ὡς ἐς* exhibent. Sed *ὥστε* cum nullo modo in eam qua opus est sententiam cum participio iungi possit, certe corruptum existimandum est.

inter participia praesentis cum ὡς iuncta attulimus. III 32, 3 *ὁρῶντες γὰρ τὰς ναῦς οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔφευγον, ἀλλὰ προσεχώρουν μᾶλλον ὡς Ἀττικαῖς* (scil. *οὔσαις*): opinati eas Atticas esse. III 46, 1 *οὔκουν χρὴ οὔτε τοῦ θανάτου τῇ ζημίᾳ ὡς ἐχεγγύῳ* (scil. *οὔσῃ*) *πιστεύσαντας χεῖρον βουλεύσασθαι, οὔτε κ. τ. λ*: quare neque mortis poena tanquam locuplete fideiussore fretos minus bene decernere vos oportet neque etc. IV 41, 2 *οἱ ἐκ τῆς Ναυπάκτου Μεσσήνιοι ὡς ἐς πατρίδα ταύτην* (=*ἐς ταύτην ὡς πατρίδα* scil. *οὖσαν:* ut quae patria sua esset) *πέμψαντες σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἐλῄζοντο τὴν Λακωνικὴν κ. τ. λ.* V 49, 3 *Ἠλεῖοι δὲ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐκεχειρίαν ἤδη ἔφασαν εἶναι, καὶ ἡσυχαζόντων σφῶν καὶ οὐ προσδεχομένων ὡς ἐν σπονδαῖς* (scil. *ὄντων:* quod in pace se esse cogitarent), *αὐτοὺς λαθεῖν ἀδικήσαντας.* VI 86, 4 *καὶ νῦν τολμῶσιν . . . παρακαλεῖν ὑμᾶς ὡς ἀναισθήτους* (scil. *ὄντας*): tanquam insipientes ac rerum socordes. VIII 21 *Ἀθηναίων τε σφίσιν αὐτονομίαν ὡς βεβαίοις ἤδη* (scil. *οὖσι*) *ψηφισαμένων, τὰ λοιπὰ διῴκουν τὴν πόλιν κ. τ. λ.* VIII 25, 3 *ὡς ἐπὶ Ἴωνάς* (= *ἐπ' αὐτοὺς ὡς Ἴωνας*, scil. *ὄντας*) *τε καὶ οὐ δεξομένους ἀτακτότερον χωροῦντες.* VIII 95, 6 *καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν πρὸς τὴν πόλιν τῶν Ἐρετριέων ὡς φιλίαν* (scil. *οὖσαν*) *καταφεύγουσι.* VIII 98, 3 *οἱ δὲ πιστεύσαντες ὡς ἀνδρὶ στρατηγῷ* (scil. *ὄντι*) *κ. τ. λ.* Peculiare quoddam habet VI 16, 5 *οἶδα δὲ τοὺς τοιούτους . . . καταλιπόντας . . . ἧς ἂν ὦσι πατρίδος, ταύτῃ αὔχησιν, ὡς οὐ περὶ ἀλλοτρίων οὐδ' ἁμαρτόντων, ἀλλ' ὡς περὶ σφετέρων τε καὶ καλὰ πραξάντων*, ubi *ὡς οὐ περὶ . . . πραξάντων* cum *αὔχησιν* iungendum esse Stahlius in ed. Popp. docet et inde explicandum esse quod dici possit *αὐχεῖν περί τινος*; patriam enim de iis gloriari non alienos eos existimantem et qui deliquerint, sed suos et qui res praeclaras gesserint. Subiectum igitur logicum ad quod causa refertur in nomine *αὔχησις* latet. Ad consuetam enim normam conformata sententia sic sonaret: *οἶδα . . . καταλιπόντας . . . ταύτῃ ἐφ' οἷς ἂν αὐχῇ περὶ αὐτῶν ὡς οὐκ ἀλλοτρίων* (scil. *ὄντων*) *κ. τ. λ:* propter quae glorietur de iis non pro alienis eos habens etc.

Ex ipso verbo principali participium mente repetendum est IV 67, 4 *ἀνοιχθεισῶν κατὰ τὸ εἰωθὸς ὡς τῷ ἀκατίῳ* (scil. *ἀνοιχθεισῶν*) *τῶν πυλῶν* (cum portae ex more tanquam navigiolo emittendo apertae essent) (*ἐγίγνετο γὰρ ἀπὸ ξυνθήματος τὸ τοιοῦτον*) *ἰδόντες ἔθεον δρόμῳ ἐκ τῆς ἐνέδρας κ. τ. λ.*

Similiter participium verbi principalis ad praepositiones cum nominibus suis supplere licet his locis: I 78, 1 *βουλεύεσθε οὖν βραδέως ὡς οὐ περὶ βραχέων* (scil. *βουλευόμενοι*): consultate

igitur lente ut de rebus non exiguis sive reputantes vos de rebus non parvis consultare. IV 30, 3 *τότε ὡς ἐπ' ἀξιόχρεων* (scil. *τὴν ἐπιχείρησιν παρασκευαζόμενος*) *τοὺς Ἀθηναίους μᾶλλον σπουδὴν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιχείρησιν παρεσκευάζετο*: tunc ut in rem dignam cui Athenienses magis studium impenderent impetum parabat, ut vertit Stahlius in ed. Popp. IV 34, 1 *πρῶτον ἀπέβαινον τῇ γνώμῃ δεδουλωμένοι ὡς ἐπὶ Λακεδαιμονίους* (scil. *ἰόντες* ex *ἀποβαίνοντες* repetendum): animis servilem in modum deiecti reputantes adversus Lacedaemonios se ire. IV 98, 4 *νῦν δ' ἐν ᾧ μέρει εἰσίν, ἑκόντες εἶναι ὡς ἐκ σφετέρου* (scil. *ἀπιόντες*) *οὐκ ἀπιέναι*. IV 121, 2 *ἡγούμενος καὶ τοὺς Ἀθηναίους βοηθῆσαι ἂν ὡς ἐς νῆσον* (scil. *βοηθοῦντας*). VI 17, 3 *καὶ οὐδεὶς δι' αὐτὸ ὡς περὶ οἰκείας πατρίδος* (scil. *ἐξαρτυόμενος*) *οὔτε τὰ περὶ τὸ σῶμα ὅπλοις ἐξήρτυται οὔτε κ. τ. λ.* VI 31, 1 *οἱ δὲ ξένοι καὶ ὁ ἄλλος ὄχλος κατὰ θέαν ἧκεν ὡς ἐπὶ ἀξιόχρεων καὶ ἄπιστον διάνοιαν* (scil. *ἥκων*). VI 34, 9 *παραστῆναι παντί . . . τὸ δ' ἤδη τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας ὡς ἐπὶ κινδύνου* (scil. *πράσσοντας*) *πράσσειν χρησιμώτατον ἂν ξυμβῆναι*. VI 45, 1 *ὡς ἐπὶ τούτοις* (scil. *παρασκευαζόμενοι*) *παρεσκευάζοντο*; ibid. *καὶ τἆλλα ὡς ἐπὶ ταχεῖ πολέμῳ καὶ ὅσον οὐ παρόντι* (scil. *καθιστάμενοι*) *καθίσταντο*.

Separatim sequatur locus qui, si comparatur cum alio simili *ὡς* non habente exemplo maxime idoneus est ad hunc particulae *ὡς* usum illustrandum: VI 40, 1 *καὶ τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν ὡς πρὸς αἰσθομένους καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας ἀπαλλάγητε*[1] (subaudias participium *ἀγγέλλοντες*, quod sumendum st ex verbis *τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν ἀπαλλάγητε* positis quodammodo pro *μὴ ἀγγέλλετε τοιάδε*): tanquam adversus homines (arbitrati vobis rem esse cum hominibus) qui nuntii illi quales sint perspexerint neque eos admissuri sint, ut interpretatur Stahlius in ed. Popp. Cum hoc enim loco componendus est hic, praeterquam quod *ὡς* abest, simillimus: VI 68, 2 *πῶς οὐ χρὴ μετὰ τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε ξυμμάχων πάντα τινὰ μεγάλην τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχειν, ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρας πανδημεί τε ἀμυνουμένους καὶ οὐκ ἀπολέκτους ὥσπερ καὶ ἡμᾶς κ. τ. λ.* Quid autem intersit inter duas sententias quas his locis legimus adhibita

[1] Mirum quantum discrepant hic codices. Sed omnis discrepantia a scriptura *ὡς πρὸς αἰσθομένους*, quae sola recta est, variis erroribus aut mendis profecta est. Classenus lectionem *ὡς προαισθομένους* defendere conatur addens *ἡμᾶς*. Sed, ut Stahlius in ed. Popp. animadvertit, de praesentiendis nuntiis in tota hac oratione nihil indicatur.

πρός praepositione enuntiatas primo obtutu patet; altera enim (*ὡς πρός . . . μὴ ἐπιτρέψοντας*) orator iis quos adhortatur persuadere studet de ea re quam commemorat, altera eam ipsam tanquam re vera eventuram profert.

Postremo in hac parte dicendum est de proprio quodam praepositionum *ἐς* et *ἐπί* usu. Hae enim si quo res tendat indicant, cum *ὡς* particula iunctae saepius exprimunt finem quem aliquis sibi proposuit. Subauditis igitur participiis verbi principalis congruunt ea exempla cum illis ubi participia futuri *ὡς* secum habent. Sunt autem haec: I 50, 5 *ἐπεπαιάνιστο αὐτοῖς ὡς ἐς ἐπίπλουν* (scil. *παιανίζουσιν*): paeana cecinerant u t a g g r e s s u r i sive eo consilio ut aggrederentur. I 126, 5 *κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν ὡς ἐπὶ τυραννίδι* (scil. *καταλαμβάνων* = *ὡς τυραννεύσων*): arcem o c c u p a v i t e o c o n s i l i o u t d o m i n a t i o n e m s i b i p a r a r e t II 95, 3 *τόν τε Φιλίππου υἱὸν Ἀμύνταν ὡς ἐπὶ βασιλείᾳ* (scil. *ἄγων*: u t r e g e m e u m f a c e r e t) *τῶν Μακεδόνων ἦγε κ. τ. λ.* V 17, 2 *παρασκευὴ προεπανεσείσθη ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων περιαγγελλομένη κατὰ πόλεις ὡς ἐς ἐπιτειχισμόν* [1] (scil. *περιαγγελλομένη*): e o c o n s i l i o u t c a s t e l l a c o n t r a e o s m u n i r e n t. VI 76, 3 *ἡγεμόνες γὰρ γενόμενοι ἑκόντων τῶν τε Ἰώνων καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι ὡς ἐπὶ τοῦ Μήδου τιμωρίᾳ* = *ὡς τὸν Μῆδον τιμωρησόμενοι.* VIII 87, 6 *καὶ οἱ Πελοποννήσιοι ἔπεμψαν ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς* (scil. *πέμποντες*: u t a d n a v e s s e c o n f e r r e t) *κελεύσαντος αὐτοῦ Φίλιππον ἄνδρα Λακεδαιμόνιον δύο τριήρεσιν.* — Adde frequentes illas locutiones *ὡς ἐς μάχην* (= *ὡς μαχούμενος*), *ὡς ἐς πλοῦν* (= *ὡς πλευσόμενος*) similesque cum verbo aliquo parandi vel instruendi vel proficiscendi vel simili copulatas. Leguntur enim his locis: I 62, 5 *εἶδον τοὺς ἐναντίους παρασκευαζομένους ὡς ἐς μάχην;* II 20, 1 *ὡς ἐς μάχην ταξάμενον;* item III 107, 3. IV 93, 1. 130, 3. V 65, 1. VI 67, 1. VII 2, 3. VII 3, 2. IV 38, 4 *τὰ δὲ ἄλλα διεσκευάζοντο ὡς ἐς πλοῦν;* I 48, 1 *ἀνήγοντο ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν* pariterque II 85, 3; 86, 1. IV 13, 3; III 4, 2 *ἔκπλουν ἐποιήσαντο ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ* pariterque VI 34, 5. VII 34, 1.

B. Accedamus iam ad p a r t i c i p i a a b s o l u t a, genetivos et accusativos absolutos cum *ὡς* iunctos. Quae absoluta participia non aliter explicanda sunt atque coniuncta; significatur enim ubique causa aliqua quae refertur ad cogitationem eius qui ea causa commotus agere enuntiatur.

---

[1] Haec Popponis est coniectura a Stahlio confirmata. Codices plerique exhibent *ὡς ἐπὶ τειχισμόν.*

a. Primum igitur afferantur genetivi absoluti. I 2, 6 *ὥστε καὶ ἐς Ἰωνίαν ὕστερον ὡς οὐχ ἱκανῆς οὔσης τῆς Ἀττικῆς ἀποικίας ἐξέπεμψαν* : quare etiam in Ioniam postea colonias deduxerunt, quod Attica non sufficeret sive videntes Atticam non sufficere. I 5, 2 *δηλοῦσι δὲ . . καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν, τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λῃσταί εἰσιν, ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων :* interrogantes num sint latrones, existimantes neque eos quos interrogent rem ut indignam infitiari neque eos quorum interesset id scire eam exprobrare. I 73, 5 *ὡς οὐκέτι ὁμοίας οὔσης τῆς δυνάμεως* (existimans copias suas non iam pares esse) *κατὰ τάχος τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ ἀνεχώρησε.* I 135, 1 *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ τοῦ θεοῦ ἄγος κρίναντος* (quod et ipse deus piaculum illud indicasset), *ἀντεπέταξαν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐλαύνειν αὐτό.* I 138, 6 *οὐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντος*: quod proditionis reus esset. Hoc loco refertur *ὡς* ad sententiam legis per quam illud *τὸ θάπτειν* non licebat. II 85, 4 *κελεύων αὐτῷ ναῦς ὅτι πλείστας διὰ τάχους ἀποστεῖλαι, ὡς καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἐλπίδος οὔσης ἀεὶ ναυμαχήσειν:* quod cotidie spes committendae pugnae navalis esset. II 102, 5 *λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμέωνι τῷ Ἀμφιάρεω . . . τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, ὑπειπόντα οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων πρὶν ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσηται ἥτις ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα μήπω ὑπὸ ἡλίου ἑωρᾶτο μηδὲ γῆ ἦν, ὡς τῆς γε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης:* quod reliqua quidem (terra) ab eo polluta esset. Cogitationem quae verbis *ὡς . . . μεμιασμένης* continetur ad Apollinem pertinere sententia loci satis demonstratur. III 52, 2 *εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, ὅπως . . . μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια ὡς αὐτῶν ἑκόντων προσχωρησάντων* : ne reddenda esset Plataea, quod ii voluntarii se dedissent. Indicatur particula *ὡς* cogitatio eorum qui dicebant non reddendam esse Plataeam; cf. VI 30, 1, locum supra allatum. III 55, 1 *πρὸς Ἀθηναίους ἐκελεύετε τραπέσθαι ὡς ἐγγὺς ὄντας, ὑμῶν δὲ μακρὰν ἀποικούντων*: dicentes vos loco valde remoto habitare. IV 8, 3 *Δημοσθένης δὲ . . ὑπεκπέμπει φθάσας δύο ναῦς ἀγγεῖλαι . . . παρεῖναι ὡς τοῦ χωρίου κινδυνεύοντος.* IV 14, 5 *τὴν νῆσον εὐθὺς περιέπλεον καὶ ἐν φυλακῇ εἶχον, ὡς τῶν ἀνδρῶν ἀπειλημμένων.* IV 72, 1 *διανενοημένοι . . . βοηθεῖν ἐπὶ τὰ Μέγαρα, ὡς οὐκ ἀλλοτρίου ὄντος τοῦ κινδύνου.* IV 73, 4 *οὕτω δὴ τῷ μὲν Βρασίδᾳ . . . οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς, ὡς ἐπικρατήσαντι καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐκέτι ἐθελησάντων μάχεσθαι, θαρσοῦντες μᾶλλον

ἀνοίγουσί τε τὰς πύλας καὶ κ. τ. λ. IV 123, 4 καὶ οἱ μὲν τὰ περὶ σφᾶς αὐτούς, ὡς ἐν τάχει παρεσομένων τῶν Ἀθηναίων, κοινῇ ηὐτρεπίζοντο. V 4, 5 πείσαντες τοὺς σφίσιν ὄντας αὐτόθι ξυμμάχους καὶ τοὺς ἄλλους, ἢν δύνωνται, Σικελιώτας κοινῇ, ὡς Συρακοσίων δύναμιν περιποιουμένων, ἐπιστρατεῦσαι. V 31, 4 οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι . . . ὡς οὐκ ἐμμεινάντων τῇ ἐπιτροπῇ φρουρὰν ὁπλιτῶν ἐσέπεμψαν ἐς Λέπρεον. V 43, 3 κελεύων ὡς τάχιστα . . . ἥκειν, ὡς καιροῦ ὄντος (καὶ αὐτὸς ξυμπράξων τὰ μάλιστα). VI 33, 3 ὡς οὖν ἐν τάχει παρεσομένων, ὁρᾶτε ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτούς κ. τ. λ. VI 94, 4 καταλαμβάνουσι τούς τε ἱππέας ἥκοντας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πεντήκοντα καὶ διακοσίους ἄνευ τῶν ἵππων μετὰ σκευῆς, ὡς αὐτόθεν ἵππων ποριοθησομένων. VII 7, 3 πρέσβεις ... ἀπεστάλησαν, ὅπως στρατιὰ ἔτι περαιωθῇ τρόπῳ ᾧ ἂν προχωρῇ, ὡς καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐπιμεταπεμπομένων. Causa quae hic cogitatur (ὡς . . . ἐπιμεταπεμπομένων) non eorum est qui missi sunt (ἀπεστάλησαν), sed eorum qui miserunt; cf. I 68, 3. VI 53, 1, locos antea allatos. VII 15, 1 αὐτοὶ βουλεύσασθε ἤδη, ὡς τῶν γ' ἐνθάδε μηδὲ τοῖς παροῦσιν ἀνταρκούντων, ἀλλ' ἢ τούτους μεταπέμπειν δέον ἢ ἄλλην στρατιὰν μὴ ἐλάσσω ἐπιπέμπειν κ. τ. λ. (de mutatione casus cf. VII 25, 9, qui locus mox afferetur atque accusativos absolutos cum ὡς iunctos quos infra afferemus). VII 15, 2 ὅ τι δὲ μέλλετε, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράσσετε, ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου ποριουμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου σχολαίτερον μέν, ὅμως δ', ἢν μὴ προσέχητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν λήσουσιν ὑμᾶς, ὥσπερ καὶ πρότερον, τὰ δὲ φθήσονται. De oratione post ὅμως vocem mutata cf. quae adnotata sunt in ed. Popp. ad VII 13, 2. VII 25, 9 ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακόσιοι . . . ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ, ὡς καὶ τῶν Ἀθηναίων προσδοκίμων ὄντων ἄλλῃ στρατιᾷ καί, ἢν φθάσωσιν αὐτοὶ πρότερον διαφθείραντες τὸ παρὸν στράτευμα αὐτῶν, διαπεπολεμησόμενον. VII 77, 7 τό τε ξύμπαν γνῶτε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἀναγκαῖόν τε ὂν ὑμῖν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, ὡς μὴ ὄντος χωρίου ἐγγὺς ὅποι ἂν μαλακισθέντες σωθεῖτε, καὶ ἢν νῦν διεφύγητε τοὺς πολεμίους, οἵ τε ἄλλοι τευξόμενοι ὧν ἐπιθυμεῖτέ που ἐπιδεῖν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν μεγάλην δύναμιν τῆς πόλεως καίπερ πεπτωκυῖαν ἐπανορθώσοντες. VIII 6, 4 καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἐψηφίσαντο αὐτοῖς πέμπειν, ὡς ἐκεῖ οὐκ ἔλασσον ἢ ἑξήκοντα ἀφ' ὧν οἱ Χῖοι ἔλεγον ὑπαρχουσῶν. VIII 94, 3 ἐς τὸν Πειραιᾶ πανδημεὶ ἐχώρουν, ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος [ἢ] ἀπὸ τῶν πολεμίων οὐχ ἑκὰς ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος.

Fieri etiam potest ut tales genetivi absoluti causam enuntient

non pro vera habitam, sed per speciem prolatam sive simulatam. Quo in numero esse mihi videntur hi loci: I 90, 2 *ἠξίουν τε αὐτοὺς . . . ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν τοὺς περιβόλους, τὸ μὲν βουλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες ἐς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς δὲ τοῦ βαρβάρου, εἰ αὖθις ἐπέλθοι, οὐκ ἂν ἔχοντος ἀπὸ ἐχυροῦ ποθεν . . . ὁρμᾶσθαι*: sed praetendentes ita barbarum, si rursus aggrederetur, nihil habiturum esse unde proficisceretur. Per simulationem prolatam esse illam causam (*ὡς . . . οὐκ ἂν ἔχοντος*) statim patet. III 4, 4 *εἴ πως πείσειαν τὰς ναῦς ἀπελθεῖν, ὡς σφῶν οὐδὲν νεωτεριούντων*: simulantes nihil novi se agitaturos esse; quam non veram fuisse illorum (Mytilenaeorum) sententiam tota narratione ostenditur. VII 73, 3 *ἐκέλευον φράζειν Νικίᾳ μὴ ἀπάγειν τῆς νυκτὸς τὸ στράτευμα, ὡς Συρακοσίων τὰς ὁδοὺς φυλασσόντων;* re vera Syracusanos vias non custodivisse e reliqua narratione cognoscitur.

b. Accusativi absoluti cum *ὡς* iuncti plerumque verborum impersonalium aut verbi *εἶναι* impersonaliter usurpati sunt. Cuiusmodi loci hi sunt: I 2, 6 *παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι ὡς βέβαιον ὂν* (quod id, scil. *τὸ ἀναχωρεῖν*, tutum esset) *ἀνεχώρουν*. I 28, 1 *ἐκέλευον Κορινθίους τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ φρουρούς τε καὶ οἰκήτορας ἀπάγειν, ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνου*: quod Epidamnus nihil ad eos pertineret. II 35, 1 *οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων ἤδη ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν*: quia pulchrum sit eam (orationem) de iis haberi qui in proeliis occisi sepeliantur. Participium *ὂν* hoc loco *εὐφωνίας* causa omissum esse suspicatur Classenus, videlicet ut vitarentur haec male sonantia: *τὸν λόγον τόνδε ὡς καλὸν ὄν*. II 89, 2 *ἔπειτα ᾧ μάλιστα πιστεύοντες προσέρχονται, ὡς προσῆκον σφίσιν ἀνδρείοις εἶναι* (putantes se decere fortes esse) *κ. τ. λ.* VII 15, 1 *αὐτοὶ βουλεύσασθε ἤδη ὡς ... τούτους μεταπέμπειν δέον*. VII 25, 9 *ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακόσιοι . . . ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ, ὡς . . . διαπεπολεμησόμενον.*

Praeterea autem ne personalium quidem verborum accusativi absoluti cum *ὡς* iuncti prorsus desunt apud Thucydidem, leguntur enim paucis his locis: I 134, 4 *ὁ δὲ θεὸς . . . ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις . . ., ὡς ἄγος αὐτοῖς ὂν τὸ πεπραγμένον* (quia hoc facinus ipsis piaculum esset) *δύο σώματα ἀνθ' ἑνὸς τῇ Χαλκιοίκῳ ἀποδοῦναι.* VI 24, 3 *καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι · τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις ὡς . . . οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν*: quod putabant magnum exercitum nul-

lam cladem accepturum esse. VII 31, 4 *πέμπειν οὖν ἐκέλευεν αὐτοὺς ναῦς, ὡς οὐχ ἱκανὰς οὔσας δυοῖν δεούσας εἴκοσι τὰς ἑαυτῶν πρὸς τὰς ἐκείνων πέντε καὶ εἴκοσι ναυμαχεῖν*: existimantes non sufficere duodeviginti suas (naves) adversus illorum viginti quinque. VIII 66, 5 *ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῇσαν οἱ τοῦ δήμου, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων*: quod non neminem eorum quae fierent participem esse suspicabantur.

Restat ut quaeramus quae differentia inter genetivos et accusativos absolutos cum *ὡς* iunctos intersit. Ex iis igitur quae exposuimus falsa esse apparuit quae Elmsleius ad Eurip. Heracl. v. 693 de ea re adnotavit: inter genetivum et accusativum absolutum hoc fere interest quod genetivus ipsam rem, accusativus alicuius de ea re sententiam exprimit. Immo vero utriusque generis significatio prorsus eadem est, diversus solus usus. Genetivi enim absoluti praecipue usurpantur, si verbum personale est, accusativi absoluti, si impersonale. In paucis autem accusativis absolutis ubi verbum personale est verbum principale dicendi (*ἔχρησεν* I 134, 4) vel volendi (*ἔρως ἐνέπεσε* = *ἐπεθύμησαν* VI 24, 3; *ἐκέλευεν* VII 31, 4) vel putandi (*ὑπόπτως προσῇσαν* = *προσιόντες ὑπώπτευον* VIII 66, 5) sive eam vim habet ut accusativus aut ex ipso quodammodo pro obiecto pendere possit (*ἔχρησε*) aut eiusmodi verbum putandi vel dicendi facile inde subaudire liceat (*ἐκέλευεν, ἔρως ἐνέπεσε, ὑπόπτως προσῇσαν*). Non admisit Thucydides hunc accusativum locis qualis est IV 14, 5.

III. Participia cum *ὡς* iuncta quae apud verba putandi vel dicendi vel sentiendi obiecti vice funguntur.

Hic usus quamquam a superiore multum videtur discrepare, tamen ad eandem illam primariam vim et significationem quam supra explicavimus revocandus est. Nam apparet ubi *ὡς* cum participio a tali verbo pendeat proprie rationem aliquam putandi vel dicendi vel sentiendi significari. Etenim his ipsis verbis ubi eiusmodi participium ex iis aptum est *οὕτω* saepius adiungitur, velut apud Xenoph. Mem. IV 2, 30 *ὡς πάνυ μοι δοκοῦν περὶ πολλοῦ ποιητέον εἶναι τὸ ἑαυτὸν γιγνώσκειν, οὕτως ἴσθι*: rem ita scias ut mihi constare persuasum habeas, Cyrop. II 3, 15 *ὡς οὖν ἐμοῦ γε καὶ ἀγωνιουμένου . . . οὕτως γίγνωσκε*: ea ratione existima ut me certaturum esse dicas, VIII 7, 10 *ὡς οὖν παλαιὰ καὶ εἰθισμένα καὶ ἔννομα λέγοντος ἐμοῦ οὕτως ἀποδέχεσθε*: eo sensu rem accipite ut ego legitima dicam

Etiam accommodatum est hoc dicendi genus ad ea quae falso dicuntur vel putantur, velut Aesch. Ag. 673 *λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας*, Soph. El. 1341 *ἤγγειλας, ὡς ἔοικεν, ὡς τεθνηκότας.*

Quibus expositis iam exempla Thucydidea afferamus et primum quidem ea ubi participia coniuncta quae vocantur sic usurpata sunt. Talia haec habemus: I 95, 2 *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐδέξαντό τε τοὺς λόγους καὶ προσεῖχον τὴν γνώμην ὡς οὐ περιοψόμενοι τἆλλά τε καταστησόμενοι ᾗ φαίνοιτο ἄριστα αὐτοῖς:* Atheniensibus haec verbo accepta fuerunt et eam impendebant curam ut rem non neglegerent et cetera constituerent quemadmodum sibi optimum videretur. IV 30, 4 *Κλέων δὲ ἐκείνῳ τε προπέμψας ἄγγελον ὡς ἥξων καὶ ἔχων στρατιὰν ἣν ᾐτήσατο, ἀφικνεῖται ἐς Πύλον*: Cleo autem et nuntio ad illum praemisso eo quo certior fieret se venturum esse et exercitum quem petiverat secum habens Pylum pervenit. IV 68, 6 *ὡς τὰ βέλτιστα βουλεύοντες ἰσχυρίζοντο*: ea ratione perseverabant ut se optima consulere dicerent. VI 69, 1 *οἱ δὲ Συρακόσιοι ἀπροσδόκητοι μὲν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἦσαν ὡς ἤδη μαχούμενοι*: Syracusani autem hoc momento non in ea exspectatione erant ut se pugnaturos esse suspicarentur. VII 5, 4 *καὶ διανοεῖσθαι οὕτως ἐκέλευεν αὐτοὺς ὡς τῇ μὲν παρασκευῇ οὐκ ἔλασσον ἕξοντας, τῇ δὲ γνώμῃ οὐκ ἀνεκτὸν ἐσόμενον κ. τ. λ.*: et rem ita considerare eos iussit ut existimarent apparatu quidem se non inferiores futuros esse, ex sua autem sententia intolerabile fore etc. In altero membro continuatur sententia accusativo participii, de quo infra exponetur. VII 72, 4 *καὶ οἱ μὲν ὡς κατὰ γῆν ἀναχωρήσοντες ἤδη ξύμπαντες τὴν γνώμην εἶχον*: proprie eam mentem habebant ut se recepturos esse se statuerent, quod cum *γνώμην ἔχειν*, ut alibi, in voluntatis significationem abeat, idem est atque se recipere in animo habebant.

Iam non difficile mihi videtur diiudicare quid censendum sit de loco I 141, 1, ubi codices exhibent haec: *αὐτόθεν δὴ διανοήθητε ἢ ὑπακούειν πρίν τι βλαβῆναι, ἢ εἰ πολεμήσομεν, ὡς ἔμοιγε ἄμεινον δοκεῖ εἶναι, καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχείᾳ ὁμοίως προφάσει μὴ εἴξοντες μηδὲ ξὺν φόβῳ ἕξοντες ἃ κεκτήμεθα.* Quo loco pendere vides ex eodem verbo *διανοήθητε* simul infinitivum *ὑπακούειν* et participia *εἴξοντες* atque *ἕξοντες*. Quare nonnulli hunc locum item atque VII 68, 1 explicari voluerunt. Ibi enim legimus haec: *νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους . . ., ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐκγενησόμενον ἡμῖν*, ubi nudum participium a verbo putandi forsitan pendere videatur. Sed ibi

subaudiendum est simile quoddam verbum quod suapte natura cum participio iungatur, velut ἐνθυμηθῶμεν. Cf. Stahlii adn. in ed. Popp. Eadem igitur ratione illum quoque locum I 141, 1 quidam sic explicare studuerunt ut e verbo διανοήθητε verbum aliquod considerandi mente repeterent a quo pendere possint participia illa. Sed considerandi notio ab huius loci sententia aliena est, quae decernendi potius vim flagitat; nam clarissime elucet διανοήθητε cum eadem vi ad infinitivum ὑπακούειν et ad participia illa referendum esse. Quare Stahlius ὡς ante καὶ ἐπὶ μεγάλῃ inseruit ad participia illa pertinens. Quod sine dubio laudandum est. Ipsa enim sententia quae sic efficitur optime quadrat ad contextum loci. Nam διανοεῖσθαι, i. e. animum inducere, volendi vi praeditum hic eadem ratione cum ὡς et participiis futuri iungitur atque alibi apud Thucydidem cum infinitivo futuri, de quo usu fusius disputavit Stahlius in Quaest. grammat. ad Thucydidem pertinentibus p. 19. Atque pariter γνώμην ἔχειν usurpatum esse VII 72, 4 supra diximus.

Item genetivi absoluti cum ὡς iuncti reperiuntur his locis Thucydideis: III 75, 4 ὡς δ᾽ οὐκ ἔπειθεν, ὁ δῆμος ὁπλισθεὶς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ, ὡς οὐδὲν αὐτῶν ὑγιὲς διανοουμένων τῇ τοῖ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ, τά τε ὅπλα αὐτῶν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἔλαβε καί κ. τ. λ.: populus armis ea de causa sumptis ut dicerent eos nihil sani in animo habere propter diffidentiam suam navigandi cum illo. Genetivus absolutus cum ὡς ad τῇ προφάσει ταύτῃ pertinet, quod idem valet atque οὕτω προφασιζόμενος. VII 15, 1 καὶ νῦν ὡς ἐφ᾽ ἃ μὲν ἤλθομεν τὸ πρῶτον καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε: et nunc eum animum habete ut vobis persuasum sit quarum rerum causa venimus nec milites vestros nec duces in iis ita se gessisse ut reprehendi queant.

Cf. praeterea, ut pluribus exemplis res illustretur, hos locos Xenophonteos prorsus similes: Anab. I 3, 6 ὡς ἐμοῦ οὖν ἰόντος ὅπῃ ἂν καὶ ὑμεῖς, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε: eam habete animi sententiam ut quocunque vos me quoque iturum esse pro certo habeatis. II 1, 21 εἴπατε οὖν καὶ περὶ τούτου πότερα μενεῖτε καὶ σπονδαί εἰσιν ἢ ὡς πολέμου ὄντος παρ᾽ ὑμῶν ἀπαγγελῶ: . . . an in eam sententiam renuntiem ut bellum a vobis inferatur. V 6, 3 ἀναστὰς δὲ Ἑκατώνυμος πρῶτον μὲν ἀπελογήσατο περὶ οὗ εἶπεν ὡς τὸν Παφλαγόνα φίλον ποιήσοιντο, ὅτι οὐχ ὡς τοῖς Ἕλλησι πολεμησόντων σφῶν εἴποι (quod non eo sensu dixisset ut cum Graecis ipsi bellum essent gesturi), ἀλλ᾽ ὅτι ἐξὸν τοῖς βαρβάροις φίλους εἶναι τοὺς Ἕλληνας αἱρήσονται.

Inveniuntur etiam loci quibus accusativus participii cum ὡς iuncti item usurpatus sit. Tales autem accusativi non absoluti sunt, ut genetivi modo allati, sed apud verbum putandi vel dicendi vel sentiendi ad quod pertinent obiecti locum tenent. Apud ipsum Thucydidem praeter VII 5, 4, ubi sententia tali accusativo participii in altero membro continuatur, nullum huius generis exemplum invenio. Nam quod Classenus III 40, 8, ubi codices tradunt haec: *τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις παράδειγμα σαφὲς καταστήσατε ὃς ἂν ἀφιστῆται, θανάτῳ ζημιωσόμενον*, addi vult ὡς ante ὅς, suo iure id improbavit Stahlius. Licet enim *παράδειγμα σαφὲς καθιστάναι* eadem ratione ὡς cum participio secum habere possit atque *δηλοῦν* Soph. Antig. 242 *δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον*: eum te esse ostendis qui novi aliquid nuntiaturus sit, vel *δῆλον εἶναι* Xenoph. An. I 5, 9 *δῆλος ἦν Κῦρος ὡς σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδόν*: apparebat Cyrum eum esse qui totum iter acceleraret, tamen hoc loco minus aptum est dici ea ratione exemplum proponendum esse ut intellegatur omnes qui defecerint mortis poenam subituros esse, sed huius ipsius rei exemplum esse edendum. Praeterea ex verbi *δηλοῦν* similitudine non minus ad nudum participium quam ad participium cum ὡς iunctum *παράδειγμα σαφὲς καθιστάναι* applicatur. Non magis fieri potest ut interpretemur putantes eos mortis poenam subituros esse; nam non id agitur ut ipsi qui exemplum proponere iubentur ita existiment, sed ut aliis de ea re persuadeant.

Ex Xenophonte, Aeschylo, Sophocle iam supra aliquot exempla accusativi participii cum ὡς iuncti attuli; adiungo Xen. Anab. I 3, 15 *ὡς μὲν στρατηγήσοντα ἐμὲ ταύτην τὴν στρατηγίαν, μηδεὶς ὑμῶν λεγέτω*: nemo vestrum eo sensu dicat ut ego hoc imperium suscepturus sim.

Haec sunt quae de usu Thucydideo particulae ὡς cum participiis et praepositionibus iunctae exponenda esse mihi videbantur. Confido autem apud reliquos scriptores Atticos iisdem fere terminis eum contineri.

THESES

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE

QUAE INSCRIBITUR

DE PARTICULAE ΩΣ CUM PARTICIPIIS ET PRAEPOSITIONIBUS IUNCTAE USU THUCYDIDEO

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XIV MENSIS DECEMBRIS A. MDCCCLXXXIX

HORA XI

IN PUBLICO DEFENDET

GUILELMUS FUEHRER

NASSOVIUS.

ADVERSARII ERUNT:

ADOLPHUS BRÜNING CAND. PHIL.
IOSEPHUS FRANKE DR. PHIL.
PAULUS VERRES DR. PHIL.

MONASTERII GUESTF.

EX TYPOGRAPHIA ASCHENDORFFIANA

MDCCCLXXXIX.

THESES.

I.

In Hor. carm. II 13, 2 'et' delendum est.

II.

In Cicer. Bruti § 121 pro librorum scriptura 'sic ut aiunt' legendum proposuerim 'sic et aiunt'.

III.

Errant qui in Sall. b. Iug. XVII 6 verba 'ad hoc malifici generis pluruma animalia' transponenda esse censent post 'caelo terraque penuria aquarum'.

IV.

a. Theogn. eleg. v. 424 sic legendum propono: *ἐσθλὸν δ' ἐξελθὸν λώιον ἢ κάτοχον.*

b. ibid. in v. 651 Ahrensii coniectura *καὶ δειλά* (pro codicum lectione *καὶ πολλά*) recipienda est.

V.

In Aristoph. vesp. v. 259 scripturam codicum *βόρβορος* retinendam et pro '*οὑτοσί*' scribendum esse *οὐχ ὁδί* censeo.

VI.

Philippi, regis Macedonum, epistolam (Demosth. XII) veram esse contendo.

VITA.

Natus sum Guilelmus Führer Limburgae, in oppidulo Hasso-Nassoviae, a. d. VII Id. Mart. a. h. s. LXV patre Ioanne Antonio, matre Anna e genta Weber. Matrem integris adhuc viribus uti maxime gaudeo. Discipulus fui progymnasii Limburgensis et gymnasii Confluentini. Maturitatis quod vocant testimonium assecutus universitatem Bonnensem per ter senos menses, Lipsiensem per sex menses frequentavi Bonnae scholis interfui virorum doctissimorum Buecheleri, Usceneri, Luebberti, Nisseni, Lipsiae Ribeckii, Lipsii, Zarnckii. Deinde academiam regiam Monasteriensem adii, ubi per biennium docuerunt me VV. DD. Stahl, Langen, Storck, Spicker. Per bis senos menses seminarii philologici regii Monasteriensis sodalis fui.

Omnibus viris qui me docuerunt summas ago gratias.